139

Geoffry of Monmouth

& William of Malmesbury

1st 3 books

1180 – 1200

7452

Alexr Boswell
Auchinleck 1732.

Galfridi Historia MS

Lear & Cordelia fol. 7 recto.
Cymbeline fol 11 verso

Victor Viscount

- Geoffrey Historia

a – b in 4's. (a8 missing)
c in 4's – missing.
d in 4's – 1, 2, 3, 4, ".
e in 3's complete –
last leaf missing
missing – fol 8 = III. ii, end to III, ix, a 15 lines,
" fols 17 – 29 incl. = V. xvi, 16 ll. fr. end to IX, xi,
" fol. 40 = XII. xvi, mid. to end.

25 leaves

Wm of Malmesbury –

I in 4's – complete
II in 3's – 4, 5, 6, missing.
III in 4's – missing.
IV " " – "
V " " – ".
30 leaves VI in 4's – 1, 3, out – cut –
VII in 4's – 1, (6, 7) 8, out & cut

55 leaves VIII in 2's? – missing – 4 leaves for text.
in all. IX in 5's – 1 missing –
X in 2's? – missing – 4 leaves to complete Bk. III –

cf Thompson. Gr. & Latin Paleog.

Facs. no. 180 –
p. 442 –

Missing leaf is Lewis textual leaf VII: 196

Cum mecum multa et de multis sepius animo revolvens in hystoriam regum Britannie inciderem: in mirum contuli quod infra mentionem quam de eis Gildas et Beda luculento tractatu fecerant nichil de regibus qui ante incarnationem Christi Britanniam inhabitaverant, nichil etiam de Arturo ceterisque compluribus qui post incarnationem dominicam successerunt reperissem: cum et gesta eorum digna laudis eternitate constarent, et a multis populis quasi inscripta iocunde et memoriter predicentur. Talia michi et de talibus cogitanti: obtulit Walterus Oxenefordensis archidiaconus vir in oratoria arte atque in exoticis historiis eruditus quendam Britannici sermonis librum vetustissimum, qui a Bruto primo rege Britonum usque ad Cadwaladrum filium Cadwallonis: actus omnium continue et ex ordine pulcris orationibus proponebat. Rogatu itaque illius ductus tametsi infra alienos ortulos falerata verba non collegerim: agresti tamen stilo propriisque calamis contentus, codicem illum in Latinum sermonem transferre curavi. Nam si ampullosis dictionibus paginam illinissem: tedium forsitan legentibus ingererem, dum magis in exponendis verbis quam in hystoria intelligenda: ipsos commorari oporteret. Opusculo igitur meo Rodberte dux Claudiocestrie faveas, ut sic te doctore, te monitore corrigatur: quatinus non ex Galfridi Monemutensis fonticulo censeatur exortum, sed sale minerve tue conditum illius dicatur editio: quem Henricus illustris Anglorum rex generavit. Quem
2 philosophia liberalibus artibus erudivit: quem innata in militia probitas militibus prefecit. Unde Britannia ubi nunc temporibus nostris ac si alterum Henricum adepta: interno gratulatur affectu.

Britannia insularum optima in occidentali occeano inter Galliam et Hyberniam sita, dccc. [octingenta] milia in longum, cc. vero in latum continens: quicquid mortalium usui congruit indeficienti fertilitate ministrat. Omni etenim metalli genere fecunda: campos late pansos habet, colles quoque prepollenti culture aptos, in quibus diverse fruges ubertate glebe temporibus suis proveniunt. Habet et nemora: universis ferarum generibus repleta, quorum in saltibus et alternandis animalium pastibus: gramina leta conveniunt. Et volantibus atque advolantibus apibus: flores diversorum colorum mella distribuunt. Habet et prata: sub aeriis montibus ameno situ virentia, in quibus fontes lucidi per nitidos rivos murmure leni manantes: pignus soporis in ripis accubantibus irrigant. Porro lacubus atque piscosis fluviis irrigua est: et absque meridiane plage freto quo ad Gallias navigatur, tria nobilia flumina, Tamensis videlicet et Sabrine necnon et Humbri, velut tria brachia extendit, quibus sibi transmarina commercia ex universis nationibus navigio deferuntur. Bis denis etiam bisque quaternis civitatibus olim decorata fuit, quarum quedam dirutis menibus in locis desertis squalescunt: quedam vero adhuc integre templa sanctorum cum turribus perpulcra proceritate erecta continent, in quibus religiosi cetus virorum ac mulierum obsequium deo iuxta christianam traditionem impendunt. Postremo quinque inhabitatur populis, Normannis videlicet atque Britannis, Saxonibus, Pictis et Scotis. Ex quibus Britones quondam a mari usque ad mare insederunt, donec ultione divina propter ipsorum superbiam superveniente: Pictis et Saxonibus cesserunt. Qualiter vero et unde applicuerunt: restat nunc parare, ut in subsequentibus explicabitur.

Eneas post troianum bellum cum Ascanio filio suo excidium urbis effugiens: Italiam navigio devenit. Ubi cum a Latino rege honorifice receptus esset: invidit Turnus rex Rutulorum et cum illo congressus est. Dimicantibus ergo illis: prevaluit Eneas, peremptoque Turno: regnum Italie et Laviniam Latini filiam adeptus est. Denique suprema die ipsius ingruente:

Qualiter Eneas fugiens de Troia venit ad Italiam. Deinde duxit Laviniam filiam regis Latini et regnavit in Italia.

De longitudine et latitudine Britannie et qualitate ipsius et quibus populis olim inhabitabatur.

Condidit albam sup tibrim.

Brutus nascitur cum matris interitu.

Brutus ob patricidium ... exulatur.

Pirrus achillis filius.

Ascanius regia potestate sublimatus: condidit Albam super tiberim. genuitque filium cui nomen Silvius erat. Hic veneri furtive indulgens: nupsit cuidam nepti lavine. eamque fecit pregnantem. Cumque id patri ascanio compertum esset: magis suis quem puella sexum concepisset explorare precepit. Certitudine ergo rei comperta: dixerunt eam magi puero fore gravidam. qui patrem et matrem interficeret. pluribus quoque terris in exilium peragratis: ad summum tandem culmen honoris perveniret. Nec fefellit eos suum vaticinium. Nam ut dies partus accessit: edidit mulier puerum. et in nativitate eius mortua est. Traditur autem ille obstetrici: et vocatur BRUTUS. Postremo cum ter quini anni emensi essent: comitatus est patrem iuvenis in venando. ipsumque inopino ictu sagitte interfecit. Nam cum famuli cervos in occursum ipsorum ducerent. brutus in ipsos telum affectans dirigere: genitorem percussit sub pectore. Quo mortuo: expulsus est brutus ab italia. indignantibus parentibus: tantum illum facinus commisisse. Exulatus ergo adivit partes grecie. et invenit progeniem heleni filii priami. qui sub potestate Pandrasi regis grecorum in servitute tenebatur. PYRRUS et enim achillis filius: post eversionem troie predictum helenum aliosque complures. in vinculis secum abduxerat. Et ut patris sui necem in ipsos vindicaret: in captione eos teneri preceperat. Agnita ergo veterum concivium prosapia: moratus est brutus apud eos. In tantum autem militia et probitate vigere cepit: ut a regibus et principibus pre omni iuventute patrie amaretur. Erat enim inter sapientes sapiens. inter bellicosos bellicosus. et quicquid auri et argenti sive ornamentorum adquirebat: totum militibus erogabat. Divulgata itaque per omnes nationes ipsius fama: ceperunt ad eum troiani confluere. orantes ut eo duce: a grecorum servitute liberarentur. Id leviter fieri posse asserebant: cum eatenus iam infra patriam multiplicati essent. ut septem milia exceptis mulieribus et parvulis computarentur. Preterea fuit tunc temporis in grecia iuvenis quidam nobilissimus nomine assaracus: qui partibus eorum favebat. Ex troiana namque matre natus erat. fiduciamque in illis habebat maximam: ut eorum auxilio grecorum inquietudini resistere posset. Arguebat enim illum frater suus propter tria castella que sibi moriens pater donaverat. et ille violenter ea auferre conabatur: quia iste ex concubina natus fuerat. Erat autem frater ipsius patre et matre grecus. asciveratque regem ceterosque grecos parti sue favere. Inspiciens ergo brutus et virorum multitudinem. et assaraci castella que sibi patebant: peticioni eorum securius adquievit.

Erectus ergo in ducem: convocat undique troianos. et oppida assaraci munivit. Ipse autem et assaracus cum tota virorum ac mulierum multitudine que eis adherebat: colles et nemora occupant. Deinde litteras suas regi: brutus in hec verba direxit.

PANDRASO regi grecorum: dux reliquiarum troie brutus salutem. Quia indignum fuerat gentem preclaro Dardani genere ortam. aliter in regno tuo tractari. quam serenitas nobilitatis ei expeteret: sese iam infra nemorum abdita recepit. Preferebat namque ferino ritu carnibus videlicet et herbis vitam cum libertate sustinere. quam universis refocillata deliciis: sub iugo servitutis tue diutius permanere. Quod si potentie tue celsitudinem offendit: non est ei imputandum. sed venia adhibenda. cum cuique captivo sit communis intentio: velle ad pristinam dignitatem redire. Misericordia ergo super eam motus: amissam libertatem largiri digneris. et saltus nemorum quos ut servitutem diffugeret occupavit: eam inhabitare permittas. Sin autem: concede ut ad aliarum terrarum nationes licenter abscedant.

Pandrasus ergo agnita litterarum sententia: ultra modum ammiratus est ipsos quos in servitute tenuerat. tanta audacia habundasse. ut ei talia dirigere mandata presumerent. Convocato itaque procerum suorum consilio: exercitum suum colligere decrevit: ut ipsos persequeretur. Dum autem per deserta quibus eos adesse autumaverat oppidum sparatinum peteret: egressus est brutus cum tribus milibus virorum. ipsumque nichil huiusmodi premeditatum ex improviso invasit. Audito namque adventu ipsius: sese in predicto oppido preterita proxima nocte immiserat. ut in ipsos inermes et sine ordine iturus: inopinam irruptionem faceret. Impetu itaque facto: invadunt acriter troiani. et [illegible] stragem ingerere. Porro greci [illegible] stupefacti: in omnes partes dilabuntur

& rege suo precedente: fluuium Akalon:
qui prope fluebat transire festinauit. At
uero insequendo: infra uoraginem fluuii
perturbauit. Quos diffugientes brutus in
festat. infestatos uero: partim in undis. par
10 tim supra ripam prosternit. Et nunc hac nunc
illac discurrens: duplicem ipsis necem in
gestam letatur. Quod ut antigonus
frater pandrasi intuitus est: supra modum
doluit. sociosque uagantes in tur
mam reuocauit: & celeri impetu in se
uientes troas reuersus est. Malebat namque
resistendo interire. quam fugam ignauam
faciens: luteis submergi gurgitibus.
Densa igitur incedens acie: socios uiriliter hor
tatur resistere. letiferaque tela totis con
torquere uiribus. Sed parum profecit: li
cet instanter pugnauerit. Nam troes ar
mis muniti erant: greci uero inermes. Unde
audaciores insistentes: cedem grecis mi
serrimam inferebant. Nec ab eorum inte
ritu destiterunt: donec cunctis pene
modum interfectis. Antigonum & ana
cletum eiusdem socium captos retine
rent.

BRUTUS uero potitus uictoria: sex
centis oppidum muniuit militibus;
petiuitque nemorum abdita: ubi ple
bs troiana illius presidium expectabat.
At pandrasus ob sui fugam & fratris sui
captionem anxiatus: nocte illa populum di
lapsum resociare uacauit. Et cum poste
ra lux illuxisset: obsidere oppidum cum
resociato populo progressus est. Arbitrabatur
enim brutum in eodem oppido esse
cum antigono: ceterisque captiuis quos
11 exceperat. Ut igitur menibus accessit: ex
plorato castelli situ exercitum suum per turmas
distribuit. & in circuitu per diuersas par
tes locauit. Indixit etiam ut alii egres
sum inclusis abnegarent. Alii flumi
num cursus auerterent. Alii crebris
arietum ictibus ceterisque machinationi
bus murorum compagem dissoluerent. Qui
precepta effectibus prosequentes: omni an
nisu contendebant. quibus modis obses
sos crudelius infestarent. Superueniente
autem nocte: audaciores eligebant. qui
dum ceteri labore fessi quietem soporis
caperent: castra & tentoria ab hostium fur
tiua incursione tuerentur.

AT obsessi in edito murorum stantes:
totis uiribus nituntur. ut ipsorum ma
chinationes contrariis machina
tionibus repellant. Et nunc tela nunc sulphu
reas tedas eicientes: sese unanimiter de
fendere intendunt. Cum autem parata
testudine murus suffoderetur: greco ig
ne atque calidarum aquarum aspergine:
hostes retrocedere compellebant. Cibi
tandem penuria. & cotidiano labore afflic
ti: legatum ad brutum miserunt. postu 12
lantes ut eis in auxilium festinaret. Ti
mebant enim. ne in debilitatem redacti:
oppidum deserere cogerentur. Brutus
igitur opem subuectare affectans: internis
anxietatibus cruciatur. quia tot milites
non habebat: quot sibi ad campestre pre
lium committendum sufficerent. Callido
deinde usus consilio: proponit castra hos
tium noctu adire. ipsosque soporatos decep
tis eorum uigilibus interficere. Quod autem
id fieri non posse callebat. absque alicuius greci
assensu & auxilio: Anacletum socium anti
goni ad se uocauit. illumque euaginato
gladio in hunc modum affatus est. Egre
gie iuuenis. uite tue finis antigonique ad
est. nisi ea que tibi precepero executurus:
uoluntati mee fideliter adquieueris. Affecto
namque in hac sequenti nocte castra grecorum
adire: ut ipsos inopina cede afficiam.
Sed timeo ne uigiles eorum hoc cepto: in
ceptum impediant. Quia igitur prius in illos
arma uertere oporteret: desidero eos per te
decipere. ut tutiorem aggrediendi ceteros
aditum haberem. Tu uero callide huiusmodi
negotium agens: in secunda noctis hora ua
de ad obsidionem. & quosque uerbis fal
lacibus demulcendo: dices te a carceri
bus meis antigonum abduxisse usque
ad conuallem nemorum. eumque ibidem
inter frutices delituisse. nec longius abire
posse propter compedes: quibus eum impedi 13
tum esse simulaueris. Deinde duces eos
ad exitum nemoris quasi ipsum liberaturos.
ubi cum armata manu adero: paratus
illos repentina inuasione perimere.

ANACLETUS igitur uiso gladio qui inter
hec uerba morti sue imminebat: ter
ritus iureiurando promisit
sese preceptum executurum. si sibi & an
tigono uita diuturnior concederetur. Con
firmato denique federe: in secunda noctis ho
ra que iam instabat. uersus obsidio
nem iussum iter arripuit. Cumque tan
dem prope castra incederet: concur
runt undique uigiles. qui loca nemorum abdi
ta explorabant. Querunt quoque aduen
tus ipsius causam: & utrum ad prodendum
exercitum aduenisset. Quibus ille ingen
tem leticiam simulans: in hec uerba respon
dit. Non equidem proditor mee gentis

Q... uirginibus ... [illegible]

adueni. Sed troianorum euadens carcerem.
ad uos orans diffugio: ut mecum ad urbem
Antigonum ueniatis. quem ex uinculis
bruti eripui. Detentum uero illum pondere
compedum: paulo ante in extremi nemoris
inter frutices delitere iussi. donec ad ipsum
liberandum aliquos ubicumque repertos ad
ducerem. Dubitantibus autem illis an uerum
diceret: superuenit unus qui eum agnosce
ret. et salutato eo: sociis indicauit quis esset.
14 At illi nichil hesitantes: ceteros qui ab
erant omnes conuocauerunt. et secuti sunt
eum usque ad siluam: in qua antigonum
delitere predixerat. Illis denique inter fruti
ces progredientibus: emergit se cum arma
tis brutus cater uis. factoque impetu: ipsos
subito pauore perterritos dirissima morte
affecit. Deinde profectus ad obsidionem: di
uisit socios suos per turmas. precepitque ut
singuli singulas castrorum partes. sapienter
et sine tactu adirent. nec intromisse alicui
cedem ingererent: donec ipse cum sua
cohorte tentorio regis adeptus: lituum
suum eis sonaret insignum.

PORRO ut ipsos quicquid acturi erant
edocuit: confestim se castris le
niter ingerunt. et iussas partes adepti:
promissum signum expectant. Quod eis bru
tus dare non distulit: postquam ante pandrasi
regis tentorium stetit. quod irrumpere uotis
totis omnibus pretulit. Quo audito: enses
ocius euaginant. sopitorum ingrediuntur cubi
lia: letiferos ictus ingeminant. Et nullam
pietatem habentes: castra in hunc modum de
ambulant. Ad gemitum uero morientium eui
gilant ceteri. uisisque laniatoribus: ue
lut oues ex inpulso a lupis occupate. stu
pefacti sunt. Nichil enim presidii expec
tabant: cum neque arma capiendi. neque
fugam faciendi. congruum spatium habe
rent. Discurrunt etiam sine armis inter
armatos: quo impetus eos ducebat. Sed ce
teris irruentibus: dilacerantur continuo.
Qui semiuiuus euadebat: fuge auidita
te festinans scopulis ut fruticibus allide
15 batur. et infelicem animam cum sanguine
emittebat. Qui solo clipeo ut alio quolibet
tegmine munitus inter eosdem scopulos in
cidebat: timore mortis celer sub obscura
nocte cadebat. Cadentique: ut crura ut
brachia frangebantur. Cui uero neutrum horum
contingebat: inscius quo fugam faceret.
in prope fluentibus fluuiis submergebantur.
Vix aliquis illesus abibat: quin aliquo periclita
retur infortunio. Oppidani quoque agnito
commilitonum aduentu egressi: cladem hos

Pandraso capto et ciuitate mancipata. pro liberatione sua promittit filiam suam abrio. data filia Pandrasi Bruto in coniugium cum magna copia auri argenti et nauium.

tium duplicabant.

PRoinde Brutus regis ut predictum
est tentorium nactus: ipsum uinci
re et conseruare uacauit. Deliba
bat enim se magis uita ipsius quam morte adep
turum quod affectauerat. Turma autem que cum
eo erat stragem facere non cessabat: que ad
usque partem quam sortita fuerat. usque ad
internitionem deleret. Vt ergo in hunc mo
dum noctem consumpserunt. et sub luce
aurore tanta ruina patuit populi. brutus
maximo gaudio fluctuans: sociis peracte
cedis spolia peremptorum iuxta libitum suum trac
tare permittit. deinde oppidum cum rege
ingreditur: expectaturus dum gazas distribue
rent. Quibus impertitis: muniuit iterum
castellum et cadauera dari sepulture prece
pit. Resociatisque cateruis: ad nemora cum
leta remeauit uictoria. Que ut tantam
leticiam animis cunctorum infudit: dux
16 inclitus maiores natu conuocauit. quesi
uitque ab illis: quid a pandraso petendum
laudarent. Nam cum in potestate eorum
positus esset. pro omni peticioni eorum adquiesceret.
si liberum abire sinerent. Mox illi diuersis af
fectibus diuersa cupientes: pars partem
regni ad inhabitandum petere hortantur.
pars uero licentiam abeundi: et ea que iti
neri suo forent necessaria. Cumque diu
in ambiguo extitissent: surrexit unus ex
illis membricius nomine. petitoque silentio: au
dientibus ceteris ait. Vt quid patres hesita
tis. in his que saluti uestre reor esse haben
da? Vnum petendum est: licentia uidelicet
abeundi. si uobis posterisque uestris eter
nam pacem habere desideratis. Nam si
eo pacto uitam concesseritis pandra
so. ut per eum partem grecie adepti inter
danaos manere uelitis: numquam diuturna
pace fruemini. dum fratres et filii et ne
potes eorum quibus hesternam intulistis
stragem: uobis uel immixti uel uicini fue
rint. Semper enim necis parentum suorum me
mores: eterno uos habebunt odio. Quibus
liberi etiam nugis exercitati: uindictam
sumere nitentur. Hec uobis pauciorem
turmam habentibus ea uis est: ut tot
ciuium inquietationi resistere ualeatis.
Ad si decertatio inter uos accesserit: nu
17 merus eorum cotidie augebitur. uester in uero mi
nuetur. Consulo ergo ut petatis ab illo filiam
suam primogenitam quam Innogen uo
cant ad opus ducis uestri. et cum ea aurum
et argentum. naues et frumentum:
et quodcumque itineri uestro necessarium fue
rit. Ad si impetrare poterimus: licen

Et uero clanculo ue
niens ad tentorium
Pandrasi regis intrat simul
cum troianis infestos ui
gilias et occiderunt.

Brutus accepit filiam pandrasi in uxorem. recedens de grecia et veniens cum suis in leogeciam sacrificat diane in templo suo.

tia sua alias nationes petemus.
Et his et consimilibus finem dicen-
di fecit: acquievit ei tota multitu-
do. suasitque ut pandrasus in medi-
um adduceretur. Et nisi huic peticioni fa-
veret: morte sevissima dampnaretur. Nec
mora adductus est: et in cathedra celsior
ceteris positus. Edoctus quoque quibus tormentis
affligendus esset. nisi iussa compleret: in hunc
modum respondit. Quoniam adversarii dii.
et me et fratrem meum antigonum in
manus vestras tradiderunt: parendum est
peticioni vestre. ne vitam que nobis arbitrio
vestro et adimi et concedi potest si repulsam
passi fueritis: amittam. Nichil enim vita
prestancius: nichil iocundius censeo. Nec mi-
randum est: si illam rebus exterius re-
dimere velim. Quamquam tamen invitus pre-
18 ceptis vestris obediam. solatium habere vide-
or quod filiam meam tante probitatis ado-
lescenti daturus sum: quem ex genere priami
et anchise creatum. et nobilitas que in
ipso pullulat. et fama nobis cognita de-
clarat. Quis etenim alter exules troie
in servitutem tot et tantorum principum
positos. eorundem vinculis eriperet? Quis
cum illis regi grecorum resisteret. aut cum
tam paucis tantam armatorum copiam
prelio provocaret. initoque congressu regem
eorum vinctum deduceret? Quia igitur tantus iuve-
nis tanta probitate mihi resistere potuit:
do ei filiam meam innogen. Do et aurum et
argentum. naves. frumentum. vinum.
et oleum. et quicquid itineri eius necessa-
rium esse dixeritis. Et iam regni mei par-
tem vobis ad inhabitandum concedo. Sin autem
promissa mea effectu prosequar: tunc securio-
res sitis: vobis quasi obses manebo donec omnia
perficiam. Conventione itaque facta. diri-
guntur legati per universa grecie litora col-
ligere naves. Que ut collecte fuerunt:
.ccc. et .xxiiii. numero presentantur. Omni genere
19 farris onerantur. Filia bruto maritatur.
Quisque prout dignitas expetebat: auro et ar-
gento donatur. Peractis cunctis rex liber
a carcere. troes ab eius potestate secundis ven-
tis abscedunt. At innogen in excelsa
puppi stans: sepius inter brachia bruti col-
labitur. fusis quoque cum singultu lacrimis.
parentes ac patriam deserere conqueritur.
Nec oculos a litoribus avertit. dum litora o-
culis patuerunt. Quam brutus blandiciis
mitigans: nunc dulces amplexus nunc dulcia ba-
sia innectit. Nec ceptis suis desistit. do-
nec fletu fatigata sopori summittitur.
Interea hec et alia duobus diebus et una nocte
prospero ventorum flatu concurrerunt. applicuerunt
in quandam insulam vocatam leogetia. que
antiquitus ab incursione piratarum vas-
tata a nemine inhabitabatur. In illam igitur
misit brutus .ccc. armatos ad exploran-
dum quid inhabitaret. Qui neminem re-
perientes: feras diversi generis infra sal-
tus ac nemora inventas cede afficiunt.
Venerunt ad quandam civitatem de-
sertam: in qua templum diane reperiunt.
20 In eodem imago dee responsa dabat. si
forte ab aliquo peteretur. Onusti tandem reperta
venatione revertuntur ad naves suas: patriamque
situm et civitatem consociis predicant. Sugge-
runt duci templum adire. atque litatis do-
nis a numine loci inquirere que patria
eis sedem certe mansionis preberet. Com-
municatoque consilio omnium. assumpsit bru-
tus secum gerionem augurem et .xii. maiores
natu. petuntque templum cum omnibus que ad
sacrificium necessaria erant. Quo ut in-
ventum est: circumdati tempora vittis.
ante aditum veterrimo ritu tribus
diis. iovi. videlicet et mercurio. necnon
et diane. tres focos statuerunt. Singulis
singula libamina dederunt. Ipse brutus
ante aram dee vas sacrificii plenum vi-
no et sanguine candide cerve: dextera te-
nens. Erecto vultu ad effigiem numinis:
silentium in hec verba dissolvit.

Oratio bruti alloquitur dianam

Diva potens nemorum terror silves-
tribus apris. Cui licet anfractus
ire per ethereos. infernasque do-
mos terrestria iura revolve. Et dic quas 21
terras nos habitare velis. Dic certam se-
dem qua te venerabor in evum. Qua
tibi virgineis templa dicabo choris.
Hec ubi novies dixit: circuivit aram
quater. fuditque vinum quod tene-
bat in foco: atque procubuit super pel-
lem cerve quam ante aram extenderat.
Invitatoque sompno: tandem obdormivit.
Erat tunc quasi tercia hora noctis qua dul-
ciore sopore mortales premuntur. Tunc visum est
illi deam astare ante ipsum. et sese in
hunc modum affari.

Responsio diane ad brutum dormientem

Brute sub occasu solis transgalli-
ca regna. Insula in occeano est.
undique clausa mari. Insula in
occeano est habitata gigantibus olim.
Nunc deserta quidem gentibus apta tuis.
Hanc pete namque tibi sedes erit illa
perhennis: Hic fiet natis altera troia tuis.
Hic de prole tua reges nascentur. et ipsis
totius terre subditus orbis erit.
Tali visione expergefactus dux. in dubio

Peregrinatio bruti et pericula que sustinuit a piratis

22

fuit an somnium fuerit quem uidit an dea uiua uoce predixerat patriam quam aditurus erat. Vocatis tandem sociis: indicauit per ordinem quod sibi dormienti contigerat. At illi maximo gaudio fluctuantes. hortantur ut ad naues repedent: Et dum uentus secundus esset. citissimis uelis uersus occeanum eant. ad inquirendum quid diua spoponderat. Nec mora remeant ad socios. altumque mare ingrediuntur. Sulcantes equora cursu .xxx. dierum: uenerunt ad affricam. nescii adhuc quorsum proras uerterent. Deinde uenerunt ad aras philistinorum. et ad lacum salinarum. et nauigauerunt inter russicadam et montes azare. Ibi ab incursione piratarum: maximum passi sunt periculum. Victoriam tamen adepti. spoliis eorum et rapinis ditati sunt.

XII Quomodo vastaverunt Mauritaniam et primo associatur Corineus

Porro flumen maule transeuntes. applicuerunt in mauritaniam. Deinde penuria cibi et potus coacti. egressi sunt ex nauibus. et dispositis turmis uastauerunt patriam. a fine usque ad finem. Refertis uero nauibus: petierunt columpnas herculis. ubi apparuerunt eis monstra maris uocata sirenes. Que ambiendo naues. fere ipsas obruerunt.

3 Vtcumque tamen elapsi: uenerunt ad tyrrenum equor. Ibi iuxta littora inuenerunt .iiii. generationes. de exulibus troie ortas. que antenoris fugam comitate erant. Erat eorum dux corineus dictus. uir modestus. consilii optimus. magne uirtutis et audatie. Qui si cum aliquo gigante congressum faceret. ilico obruebat eum. ac si cum puero contenderet. Agnita itaque ueteris originis prosapia: associauerunt illum sibi. necnon et populum cui presidebat. hic de nomine ducis postmodum cornubiensis uocatur bruto in omni decertatione pre ceteris auxilium prestabat. Deinde uenerunt ad aquitaniam. et ostium ligeris ingressi: anchoras fixerunt. Morati sunt ibi .vii. diebus. situm regni explorauerunt.

Corineo.

Ex parte Corinei venerunt in Aquitaniam et fecit conflictum cum ... quem fugavit eos in fugam.

Regnabat tunc in aquitania Goffarius pictus. eidem patrie rex. Cui ut fama indicauit externam gentem cum magna classe in fines regni sui applicuisse: misit legatos ad inquirendum utrum pacem uel guerram affectassent. Hunc cum uersus classem peterent.

21 obuiauerunt corineo egresso iam cum .cc. uiris. ut infra nemora uenationem adquireret. Mox allocuti eum. querunt cuius licentia saltus regis ingressus feras necaret. Statutum enim ab antiquo fuerat: neminem sine principis iussu eas debere prosternere. Quibus cum corineus respondisset licentiam huius rei nequaquam debere haberi. irrupit unus ex illis imbertus nomine. et curuato arcu sagittam in ipsum direxit. Vitauit eam corineus. cucurritque ocius in imbertum. et arcu quem tenebat: capud ei in frusta concidit. Diffugerunt ergo ceteri uix e manibus eius elapsi: atque Goffario necem socii nuntiauerunt. Contristatus ilico dux pictauensium: collegit exercitum grandem. ut in ipsos mortem nuncii sui uindicaret. At brutus diuulgato eius aduentu: naues munit. mulieres et paruulos infra ipsas iubet manere. Ipse cum tota multitudine cum uigore florebat: obuius exercitui progreditur. Inito tandem certamine: dira pugna utrobique committitur. Et cum multum diei in agendo cedem consumpsissent: puduit corineum aquitaneos tam audacter resistere. nec troianos cum triumpho insistere.

25 Vnde resumpta audatia: ad se uocauit socios in dextram partem prelii. et facto agmine. celerem impetum in hostes fecit. Et ut infra eorundem turmas sese densa acie intromisit: non cessauit hostes prosternere. donec penetrata cohorte: cunctos in fugam coegit. Fortuna ei amisso gladio. bipennem administrauerat. Cum qua quemcumque attingebat. a summo usque ad imum disiungebat. Miratur brutus. mirantur socii: mirantur etiam hostes audatiam uiri et uirtutis. Qui bipennem inter fugientes cohortes librans: timorem non minimum cum his uerbis inferebat. Quo fugitis timidi? Quo fugitis segnes? Reuertimini o reuertimini. et congressum cum corineo facite. Proh pudor. Tot milia me solum fugitis? At tamen habetote solatium fuge uestre. quod ego uos insequor qui quotiens soleo tirrenos gigantes in fugam propellere. et trinos atque quaternos ad tartara detrudere.

Ad hec uerba illius reuertitur quidam consul nomine Suardus. cum .ccc. militibus. et impetum fecit in eum. Cuius ictum corineus pretenso clipeo excipiens: non est oblitus bipennis quam tenebat. sed erecta illa percussit eum in summitate galee. perque eum a summo usque ad imum. in ambas partes desecuit. Sed confestim irruens in ceteros bipennem rotat. stragemque acerrimam facit. Et nunc hac nunc illac discurrens nec ictus recipere diffugit.

24

nec hostes prosternere acquiescat. Huic bra-
chium cum manu amputat. isti scapulas
a corpore separat. alii caput uno ictu trun-
cat. alii crura a supino dissecat. Omnes in
illum solum. et ille solus in omnes irruebat. Quod
brutus aspiciens. motus amore uiri cucur-
rit cum una turma ut ei auxilium subuecta-
ret. Tunc oritur clamor inter diuersas gentes.
Tunc crebri ictus inferuntur. et in utraque
parte fit cedes durissima. Hac mora uic-
toria potiuntur troes. et regem Goffarium cum
pictauensibus suis in fugam propellunt. Qui
uix euadens. partes galliarum adiuit.
ut a cognatis et notis succursum haberet.
Erant tunc temporis .xii. reges in gallia.
quorum regimine tota patria pari dignita-
te regebatur. Qui benigne suscipientes eum
promittunt sese unanimiter expulsuros ex
finibus aquitanie externam gentem que
aduenerat.

Et brutus ob predictam uictoriam
letus. troianos spoliis sociorum ditat.
ditatos autem iterum in turmas resociat.
resociatos per patriam ducit. affectans eam
penitus desolare. et naues suas uniuersis di-
uitiis replere. Accumulato igitur igne ciui-
tates undique incendit. absconditas quasque
ab eisdem extrahit. agros etiam depopulat. Stra-
gem miserandam ciuibus atque plebanis in-
fert. uolens infelicem gentem usque ad
unum delere. At dum tali clade tote fere
aquitanie partes affecisset. uenit ad locum
ubi nunc est ciuitas turonorum. quam ut homerus
testatur ipse primum construxit. Ut igitur lo-
ca conuenientia refugio inspexit. metatus
est ibi castra sua. ut si opus esset sese infra
ipsa reciperet. Urgebat namque timor propter
aduentum Goffarii qui cum regibus et prin-
cipibus gallie. et maxima armatorum copia
prope eundem locum aduenerat. ut cum
illo bellum committeret. Peractis deinde castris
expectauit ibi Goffarium biduo confidens
in prudentia sua. atque audacia iuuen-
tutis sue. cui presidebat.

Goffarius igitur audita ibidem presentia tro-
ianorum nec noctu nec die cessauit
incedere. donec castra bruti prope aspexit.
Toruo igitur lumine intuens paulisper subri-
dens in hec uerba erupit. Pro fatum triste.
Castra etiam sua in regno meo fecerunt igno-
biles exules. Armate uos uiri armate
et per densatas turmas incedite. Nulla mo-
ra erit quin semimares istos uelut oues ca-
piemus. atque captos per regna nostra mancipa-
bimus.

Armauerunt itaque se omnes quos secum
adduxerat. et per duodena agmina
statuta. uersus hostes suos incedunt.
Contra quos brutus etiam dispositis cater-
uis non muliebriter graditur. sed turmas
suas quid agere esset sapienter docens. qua-
liter debeant et inuadere et resistere edo-
cet. Ut enim congressum inceperunt. pre-
ualuerunt in initio troes. et cedem acer-
rimam ex hostibus faciunt. Ceciderunt
namque ex eis fere .ii. milia hominum.
Unde ceteri stupefacti in fugam fere
uersi fuerunt. Sed ubi maior numerus
hominum habundat. euenire solet tri-
umphum accedere. Galli igitur quoniam tercies plu-
res erant ceteris quamquam primo oppressi
fuerunt. tandem tamen resociati impetum
fecerunt undique in troas. et illata stra-
ge ipsos castra ingredi coegerunt. Uic-
toriam itaque adepti obsederunt eos infra
castra meditantes se nequaquam prius illinc
discedere antequam ipsi inclusi ut colla uin-
cienda catenis offerent. uel longa fame
afflicti seuissima morte tormentarentur.
Sequenti interea nocte corineus ini-
uit consilium cum bruto se uelle scilicet
per quedam diuorcia in eadem nocte
egredi. et infra nemus quod prope fuerat usque
ad diem delitere. Et dum brutus cum
diluculo egressus cum hostibus dimi-
caret. ipse cum cohorte sua a dorso su-
peruenirent. et facto impetu stragem inge-
reret. Placuit itaque bruto sententia
corinei. Qui ut predixerat callide egres-
sus est. cum .iii. milibus occultaque nemo-
rum petiuit. Adueniente autem postera
die statuit brutus suos per turmas et aper-
tis castris pugnaturus egreditur. Occurrunt
igitur confestim galli. et facto agmine cum
ipsis congrediuntur. Conciduntur illico in
utraque parte multa milia uirorum dum
mutua uulnera dant. quia nullus ad-
uersario parcebat. Erat ibi quidam
troes nomine turnus bruti nepos. quo forti-
or siue audatior nullus excepto corineo
aderat. Hic solus solo gladio suo .dc. ui-
ros perimit. Sed ab irruentibus gallis citi-
us quam debuisset interfectus est. De no-
mine ipsius predicta ciuitas turonis uocabu-
lum nacta est. quia ibidem sepultus fuit.
Cum igitur utreque turme acriter pugnarent.
superuenit ex inprouiso corineus et a tergo
hostes celeriter inuasit. Audaciores per

Troiani tamen preualuerunt [illegible] [illegible] corinea [illegible] [illegible] et potius [illegible] tamen uictoria [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] gallis [illegible] [illegible]

Turonis uocatur a turno nepote bruti ibi sepulto

inde insurgentes ceteri ex altera parte incumbunt. stragemque facere contendunt. Itaque galli solo clamore corineiensium qui a tergo inuaserant. stupefacti sunt. Existimantes plures aduenisse quam aduenerant: campum deserere festinant. quos troes usque ferientes insecuntur. Insequendo uero psternunt. Nec psternere cessauerunt donec uictoriam habuerunt. Brutus itaque licet tantus triumphus maximum intulisset gaudium. dolore tamen angebatur. quia numerus suorum cotidie minuebatur. Gallorum autem semper multiplicabatur. In dubio tandem existens utrum diutius eos oppugnaret. pelagio naues suas salua adhuc maiori parte suorum. necnon et reuerentia uictorie adire. atque insulam quam ei diuina prouidentia promiserat monitis exigere. Nec plura. petitum suorum assensu classem suam: et repleuit eam ex uniuersis diuitiis. quas acquisierat. et ipsam ingressus est. Prosperis quoque uentis promissam insulam exigens. in totonesio littore applicuit.

Erat tunc nomen insule albion. que a nemine exceptis paucis gigantibus inhabitabatur. Ameno tamen situ locorum et copia piscosorum fluminum. nemoribusque prelectam: affectum habitandi bruto sociisque differebat. Peragratis ergo quibusque prouinciis. repertos gigantes ad cauernas montium fugant. patriam donante duce sortiuntur. Agros incipiunt colere. domos edificare. ita ut in breui tempore terram ab euo inhabitatam censeres. Denique brutus de nomine suo insulam britanniam appellat. sociosque suos britones. Volebat enim ex diriuatione nominis memoriam habere perpetuam. Unde postmodum loquela gentis sue que prius troiana siue curuum grecum nuncupabatur. dicta britannica. At corineus portionem regni que sorti sue cesserat: ab appellatione sui nominis corineam uocat. populumque corineiensem. exemplum ducis insecutus. Cumque pre omnibus qui aduenerant electionem prouinciarum posset habere: maluit regionem illam que nunc uel a cornu britannie uel per corruptionem nominis predicti cornubia appellabatur. Delectabat enim eum contra gigantes dimicare quorum copia plus ibidem habitabat quam in nulla prouinciarum que consociis suis distribute fuerant. Erat ibi inter ceteros detestabilis quidam nomine goemagoth: stature .xii. cubitorum qui tante uirtutis existens. quercum semel excussam uelut uirgam corili euellebat. Hic quadam die bruto dum in portu quo applicuerat festiuum diem diis celebraret. superuenit ille cum .xx. gigantibus atque dirissima cede britones affecit. At britones undique tandem confluentes preualuerunt in eos: et omnes preter goemagoth interfecerunt. Hunc brutus uiuum conseruari preceperat. uolens uidere luctationem ipsius et corinei qui cum talibus congredi ultra modum estuabat. Itaque corineus maximo gaudio fluctuans: succinxit se. abiectisque armis ipsum ad luctandum prouocauit. Inito deinde certamine. hinc stat corineus hinc stat gigas. et alter alterum uinclis brachiorum annectens. crebris afflatibus aera uexant. Nec mora goemagog corineum maximis uiribus astringens. fregit ei tres costas. duas in dextro latere. unam uero in sinistro. Unde in iram corineus compulsus. reuocauit uires suas et imposuit illum humeris suis. Et in quantum uelocitas pre pondere sinebat: ad proxima littora cucurrit. Deinde summitatem rupis excelse nactus. excussit se. et predictum letabile monstrum quod super humeros suos ferebat. in mare precipitat. At ille per abrupta saxorum cadens in multa frusta dilaceratus est: et fluctus sanguine maculauit. Locus autem ille nomen ex precipitatione gigantis adeptus: saltus goemagog usque in presentem diem uocatur.

Diuiso tandem regno affectauit brutus ciuitatem edificare. Affectum itaque suum exequens. circuiuit totius patrie situm. ut congruum locum inueniret. Perueniens ergo ad thamensem fluuium deambulauit littora. locumque nactus est proposito suo perspicuum. Condidit itaque ciuitatem ibidem eamque troiam nouam uocauit. Ex hoc nomine multis postmodum temporibus appellata. tandem per corruptionem uocabuli trinouantum dicta fuit. At postquam lud frater cassibellauni qui cum iulio cesare dimicauit regni gubernaculum adeptus est. cinxit eam nobilissimis muris. necnon et turribus mira arte fabricatis. De nomine quoque suo iussit eam dici kaerlud. id est ciuitas lud. Unde postea maxima contentio orta est. inter ipsum et nennium fratrem suum. qui grauiter ferebat illum uelle

II

nomen troie in patria sua delere. Quam contentionem quia gildas hystoriographus satis prolixe tractavit: eam preterire precepi. Ne id quod tantus scriba tanto stilo paruit: videar viliori dictamine maculare.

Postquam igitur predictus dux predictam condidit. dedicavit eam civibus iure victuris. deditque legem qua pacifice tractarentur. Regnabat tunc in iudea heli sacerdos. et archa testamenti capta erat a philisteis. Regnabant etiam in troia filii hectoris expulsis posteris antenoris. Regnabat in italia silvius eneas enee filius avunculus bruti latinorum tercius.

Cognovit autem brutus innogen uxorem suam. et ex ea genuit tres inclitos filios. quibus erant nomina. Locrinus. Albanactus. Kamber. Hi postquam pater in .xxiiii. anno adventus sui ab hoc seculo migravit. sepelierunt eum infra urbem quam condiderat. et diviserunt regnum britannie inter se. Locrinus qui primogenitus fuerat possedit mediam partem insule. que ex suo nomine postea appellata est loegria. Kamber autem partem illam que est ultra sabrinum flumen. que nunc gualia vocatur. que de nomine ipsius postmodum. kambria multo tempore dicta fuit. Unde adhuc gens patrie lingua britannica sese kambro appellat. At albanactus iunior possedit patriam que lingua his temporibus appellatur scocia. et nomen ei ex suo nomine albania dedit. Illis deinde concordi pace diu regnantibus. applicuit humber rex hunorum in albaniam. et commisso prelio cum albanacto. interfecit eum. et gentem patrie ad locrinum fugere coegit.

Locrinus igitur audito rumore: associavit sibi kambrum fratrem suum. et collegit totam iuventutem patrie. et ivit obviam regi hunorum circa fluvium quod nunc vocatur humbrum. Inito igitur congressu: compulit humbrum in fugam. Qui usque ad flumen diffugiens. submersus est infra fluctus. et nomen suum flumini reliquit. Locrinus autem potitus victoria spolia hostium sociis largitur. nichil sibi ipsi retinens preter aurum et argentum quod infra naves invenit. Retinuit quoque sibi tres puellas mire pulcritudinis. Quarum prima filia fuerat cuidam regis germanie. quam predictus humber cum duobus rapuerat. dum patriam vastaret. Erat nomen illi estrildis. et erat tante pulcritudinis quod non leviter reperiebatur que ei conferri poterat. Candorem eius carnis nec inclitum ebur. nec nix recenter cadens. nec lilia ulla vincebant. Amore itaque illius locrinus captus voluit cubilia eius inire. ipsamque sibi maritali teda copulare. Quod cum corineo compertum esset. indignatus est ultra modum. quoniam locrinus pactus fuerat sese filiam eius ducturum. 37

Qualiter Locrinus proponens ducere estrildam compulsus est ducere Gwendoloenam filiam Corinei.

Adiit igitur regem. et bipennem in dextera manu librans: illum hoc modo allocutus est. Hecine rependis michi locrine ob tot vulnera que in obsequio patris tui perpessus sum. dum prelia cum ignotis committeret in gentibus; ut filiam meam postposita cede conubio cuiusdam barbare submittens. Non impune feres dum vigor huic inerit dextere. que tot gigantibus per tyrrena litora gaudia vite eripuit. Hoc tantum tamque proclamans. librabat bipennem quasi percussurus eum. cum amici utrumque sese interposuerunt. Sedato ergo corineo: locrinum quod pepigerat exequi coegerunt.

Duxit itaque locrinus filiam corinei guendoloenam nomine. nec tantum estrildis amoris oblitus est. Sed facto infra trinovantum urbem subterraneo. inclusit eam in ipso. familiaribusque suis honorifice servandam tradidit. Volebat saltem furtivam venerem cum illa agere. Timore namque corinei anxiatus. non audebat eam patenter habere. Sed ut predictum est: occultavit illam. frequentavitque per .vii. annos integros nemine compiente exceptis illis qui eidem familiaritatis primiores fuerant. Nempe quociencumque adibat illam. fingebat se velle occultum sacrificium diis suis facere. Unde quosque falsa credulitate movebat. id ipsum existimare. Interea facta est estrildis gravida. ediditque filiam mire pulcritudinis nomine habren. Gravida etiam facta est guendoloena. genuitque puerum cui impositum est nomen maddan.

Locrinus rex britonum.

38

De habren filia estrildis et maddan filio Gwendoloene

Subsequente tandem tempore. defuncto corineo deseruit locrinus guendoloenam. et estrildam in reginam duxit. Itaque guendoloena ultra modum indignans adivit cornubiam. collectaque iuventute totius regni ipsius. cepit inquietationem ingerere. Conserto tandem utrorumque;

De morte Corinei. et de ductione estrildis in reginam. et repudio Gwendoloene et interfectione Locrini. estrildis et habren.

Bruti filii tres: Locrinus, Albanactus, Camber.

exercitu . cōmiſerunt plium iuxta flu
uium ſturam . ubi locrinus ictu ſagitte p
cuſſus gaudia uite amiſit . Perempto g il
lo . cepit guendoloena regni gubnacu
lum paterna inſania furens . Iubet eni
heſtrildam 7 filiam ei habren pcipitari
in fluuium qui nc ſabrina dr . fecq; edic
tum p totā britanniā ut flumen noīe
puelle uocaret . Volebat eni honorem
eternitatis illi impendere . qa maritus ſuus
eam generauerat . Vn contigit qd uſq;
in hunc diem appellatum eſt flumen
brittannica lingua habren . qd p corrup
tionem noīs alia lingua ſabrina uocat.

Regnauit deīn Guendoloena . xv .
annis poſt interfectionē locri
ni . qui . x . annis regnauerat .
Et cum uidiſſet maddan filium ſuum
etate adultū ſceptro regni inſigniuit
illum : contenta regione cornubie
dum reliquum uite deduceret . Tunc
ſamuel ppha regnabat in iudea . 7 ſil
uius eneas adhuc uiuebat . 7 homerus
clarus rethor . 7 poeta habebat . Inſig
nitus g maddan uxore ex illa genuit
duos filios Menpricium . 7 Maulim . reg
numq; cum pace . 7 diligentia . xl . an
nis tractauit . Quo defuncto diſcordia
orta eſt . inter predictos fres ppt reg
num : quia uterq; totam inſulam poſſi
dere eſtuabat . Menpricius g affectum
ſuum pficere uolens colloquium in
iit cum mauli quaſi concordiam
facturus . S; teda pditionis inflam
mat . ipſū inter plocutores interfecit .
Deīn regnum tocī inſule nactus . tan
tam tirannidem exercuit in poplm .
qd fere quemq; nobiliſſimū pimebat . S;
7 totam pgeniem ſuam exoſus . quēq;
ſibi in regno poſſe ſuccedere timebat .
uel ui . uel pditione opprimebat . Relicta
ē ppria uxore ſua ex qua inclitum
iuuenē ebraucū genuerat . ſeſe ſodo
mitane uoluptati dedit . naturalē
uenerem non naturali libidini pfe
rens . Vigeſimo tandem regni ſui an
no dum uenationē faceret . ſeceſſit a
ſociis ſuis in quandā conuallē . ubi
a multitudine rabioſoz luporz cir
cumdatus miſerrime deuoratus eſt .
Tunc ſaul regnabat in iudea . 7
euriſtius in lacedemonia .

Defuncto itaq; menpricio : ebrau
cus filius ſuus uir magne ſta
ture 7 mire fortitudinis regi
men britannie ſuſcepit . 7 lx . annis
tenuit hic primus poſt brutum claſ
ſem in partes galliarum duxit . 7 illa
to plio affecit prouincias cede uiroz atq;
urbium oppſſione . infinitaq; auri 7
argenti copia ditatus . cū uictoria re
uerſus eſt . Deīn trans humbrū condi
dit ciuitatem . quā de noīe ſuo uocauit
Kaerebrauc . id eſt ciuitas ebrauci . Et
tc dauid rex regnabat in iudea . 7 ſil
uius latinus in italia . 7 gad . 7 nathan . 7 aſa
ph . pphabant in iſrl . Condidit ē ebraucus
urbē ad clud uſus albaniam . 7 opidū
montis agned . qd nc caſtellū puella
rū dicit . 7 montē doloroſum

Genuit etiam . xx . filios . ex
. xx . coniugibus quas habebat
7 . xxx . filias . regnūq;
britannie . lx . annis fortiſſime trac
tauit . Erant autē noīa filioz eius .
Brutus uiride ſcutū . Margadud . Siſilli .
Regin . Morud . Bladud . Iagon . Bodlo
an . Kyncar . Spaden . Gaul . Dardan .
Eldad . Iuor . Cangu . hector . Kerin .
Rud . Aſſarach . Buel . Noīa autē filia
rum . Gloigin . Innogin . Oudas . Guen
lian . Gaurdid . Angarad . Guenlodee .
Tanguſtel . Gorgon . Medlan . Meta
hel . Ourar . Mailure . Rambreda .
Gael . Ragan . Ecub . Neſt . Chein .
Stadud . Gladus . Ebrein . Blangan .
Aballac . Angaes . Galaes . omnium
pulcherrima . que tc in britannia
ſiue in gallia fuerant . Edra . Anor .
Stadiald . Egron . has omis direxit
pat in italiam ad ſiluium albam q
poſt ſiluium latinū regnabat . Fue
runt ibi maritate nobilioribus tro
ianis . quoz cubilia 7 latine . 7 ſabine
diffugiebant . At filii duce aſſaraco
fre duxerunt claſſem in germaniā
7 auxilio ſiluii albeuſi . ſubiugato po
pulo adepti ſunt regnum .

Brutus autē cognomento uiride
ſcutum . cum patre regniq; gu
bernaculo potitus . xii . annis
regnauit . huic ſucceſſit leil filius
ſuus . pacis amator 7 equitatis . Qui
ut pſpitate regni uſus eſt urbem in
aquilonari parte britannie edifica
uit . de ſuo noīe Karleil uocatam .
Tunc ſalomon cepit edificare tem
plum dno in hierlm . 7 regina ſaba
uenit audire ſapientiam ei . Et tc
Siluius Epitus pat albe . in regnū ſuccſ
ſit . Uixit deinde leil p ſuſptū regni
xxv . annis . S; regnū in fine tepide

rexit. Quo circa ei sequencia ciuilis discordia in regno orta est. Post hunc regnauit filius suus Rud hudibras. xxix. annis. Ipse populum ex ciuili dissidio in concordiam deducens. condidit kaerrhein. i. cantuariam. Condidit et kaerguent. i. wintoniam atque oppidum montis paladur. quod nunc sephtonia dicitur. Ibi tunc aquila locuta est. dum murus edificaretur. Cuius sermones si ueros esse putarem. sicut cetera memorie dare non diffugerem. Tunc capis filius epiti regnabat et aggeus amos iehu ioel et azarias prophetabant.

Successit ei bladud filius. tenuitque regnum. xx. annis. hic edificauit urbem kaerbadum. que nunc bado nuncupatur. fecitque in illa calida balnea ad usus mortalium apta. Quibus prefecit numen minerue. in cuius ede inextinguibiles posuit ignes. qui numquam deficiebant in fauillas. sed ex quo tabescere incipiebant in saxeos globos uertebantur. Tunc helias orauit ne plueret super terram. et non pluit annos. iii. et menses. vi. Hic admodum ingeniosus fuit. docuitque nigromantiam per regnum britannie. Nec prestigia facere quieuit. donec paratis sibi alis ire per summitatem aeris temptauit. Cecidit que super templum apollinis. infra urbem trinouantum in multa frusta contritus.

Dato fato bladud: erigitur leir filius eidem in regem. qui. lx. annis regnauit uiriliter. Edificauit autem super soram flumen ciuitatem que britannice de nomine eius kaerleir saxonice uero leircestria nuncupatur. Cui negata masculini sexus prole: nate sunt tantum. iii. filie uocate. Gonorilla. Regau. Cordeilla. Pater eas miro amore. sed magis uidelicet iuniorem cordeillam diligebat. Cumque in senectutem uergere cepisset. cogitauit regnum suum ipsis diuidere easque talibus maritis copulare. qui easdem cum regno haberent. Sed ut sciret quis illarum parte regni pocioris dignior esset: adiuit singulas. ut interrogaret que ipsum magis diligeret. Interrogante igitur illo Gonorilla prius numina celi testata est: ipsum sibi maiori dilectioni. quam animam que in corpore degebat. Cui pater. Quoniam senectutem meam uite tue preposuisti. te karissima filia maritabo iuueni quemcumque elegeris: cum tercia parte regni britannie. Deinde secunda Regau exemplo sororis sue beniuolenciam patris allicere uolens: iureiurando respondit se nullatenus aliter exprimere non quod super omnes creaturas illum diligeret. Credulus igitur pater eadem dignitate qua primogenitam premiserat: ipsam cum alia parte regni maritauit. At cordeilla iunior cum intellexisset eum predictarum adulationibus acquieuisse. temptare illum cupiens aliter respondere perrexit. Est uspiam pater mi filia que patrem suum plusquam patrem presumat diligere? Non reor equidem ullam esse que hoc fateri audeat. nisi iocosis uerbis celare nitatur. Nempe ego dilexi te semper ut patrem. et adhuc a proposito meo non diuertor. Et si ex me magis extorquere insistis audi certitudinem amoris. quam aduersum te habeo. et interrogationibus tuis finem impone. Etenim quantum habes tantum uales. tantumque te diligo. Porro pater ratus ex habundantia cordis dixisse uehementer indignans: quod responsurus erat hoc manifestare non distulit. Quia in tantum senectutem patris tui spreuisti. ut uel eo amore quo me sorores tue diligunt dedignata es diligere. et ego dedignabor te nec umquam partem in regno meo cum sororibus tuis habebis. Non dico tamen cum filia mea sis quin te alicui externo si illum fortuna obtulerit utcumque maritem. Illud autem affirmo quod numquam eo honore quo sorores tuas maritare laboro. Quippe cum te plusquam ceteras dilexerim hucusque: tu uero me minus quam cetere diligas. Nec mora. Consilio procerum regni dedit predictas puellas duas duobus ducibus cornubie et albanie cum medietate tantum insule dum ipse uiueret. Post obitum autem eius totam monarchiam britannie concessit habendam. Contigit deinde quod aganippus rex francorum audita fama cordeille continuo nuntios suos ad regem direxit. rogans ut ipsa sibi coniugali teda copulanda traderetur. At pater prorata ira perseuerans: respondit se illam libenter daturum. sed sine terra et pecunia. regnum namque suum cum omni auro et argento Gonorille et Regau puelle sororibus distribuerat. Cumque id aganippo nuntiatum fuisset: amore uirginis inflammatus. remisit iterum ad leirem regem dicens. se satis auri et argenti aliarumque possessionum habere. qua terciam partem gallie possidebat. Sed ...

Qualiter Leyr repulsus a duobus generis suis et filiabus tertiam adiuit: a qua honorifice susceptus.

tantummodo puellam captare. ut ex illa heredes haberet. Deinde confirmato federe mittitur cordeilla ad galliam. Aganippo maritatur.

Post multum uero temporis ut leir torpere cepit senio. insurrexerunt in illum predicti duces. quibus britanniam cum filiabus diuiserat. Abstulerunt autem ei regnum. regiamque potestatem. quam usque ad illud tempus uiriliter et gloriose tenuerat. Concordia tamen habita: retinuit eum alter generum Maglaunus dux albanie. cum .xl. mi-
48 litibus. ne secum ingloriosus maneret. Elapso deinde biennio moram eum apud generum faciente: indignata est gonorilla filia sua ob multitudinem militum eius. qui conuitia ministris inferebant. quia sibi profusior epimonia non prebebatur. Proinde maritum suum affata. iussit patrem obsequio .xxx. contentum esse. relictis ceteris .xx. quos habuerat. Unde ille iratus relicto maglauno petiuit henuinum ducem cornubie. cui alteram filiam regau maritauerat. Et cum a duce honorifice susceptus fuisset: non preteriit annus quin inter utrorumque familias discordia orta est. Quamobrem regau in indignationem uersa: precepit patri cunctos socios deserere. preter quinque qui ei obsequium prestarent. Porro pater ultra modum anxius: reuersus est iterum ad primogenitam existimans se posse commouere illam in pietatem ut cum familia sua retineretur. At illa nequaquam accepta indignatione reuersa est. sed per numina celi iurauit quod nullatenus secum maneret. nisi postpositis ceteris solo milite contentus fuisset. Increpabat etiam senem. et in nulla re habundantem: uelle cum tanta familia
49 incedere. Cumque illa assensum uoluntati eius nullo modo prebuisset. paruit ipse. et relictis .xx. cum solo milite remansit. At cum in memoriam pristine dignitatis fuisset reductus: detestando miseriam in qua redactus fuerat cogitare cepit quod iuniorem filiam trans occeanum exigeret. Sed dubitabat ipsam nil uelle sibi facere. quoniam eam tam ingloriose ut predictum est dedisset. Indignans tamen miseriam suam diutius ferre transfretauit ad gallias. Sed cum transfretando se tercium infra nauim inter principes qui aderant conspexisset: in hec uerba cum fletu et singultu prorupit. O irreuocabilia seria fatorum que solito cursu stabilem iter tenditis: numquam me ad instabilem felicitatem promouere uoluistis. cum maior pena sit ipsam amissam recolere. quam sequentis infelicitatis presentia urgeri. Magis etenim aggrauat illius temporis memoria. quo tot centenis milibus militum stipatus. et menia urbium diruere. et prouincias hostium uastare solebam. quam calamitas miserie mee que ipsos qui iacebant sub pedibus meis iam debilitatem meam deserere coegit. O irata fortuna. Veniet ne dies umquam qua ipsis uicem reddere potero. qui sic tempora mea. sicuti meam paupertatem diffugierunt. O cordeilla filia quam uera sunt dicta illa que mihi respondisti quando quesiui a te quem amorem adusum me haberes. Dixisti enim quantum habes tantum uales tantum diligo. Dum igitur habui quod dare potui uisus fui ualere eis: qui non mihi sed donis meis amici fuerant. Interim dilexerunt me sed magis munera mea. nam abeuntibus muneribus: et ipsi abierunt. Sed qua fronte karissima filia te audeo exigere. qui ob predicta uerba iratus putaui te maritare deterius quam sorores tuas que post beneficia que eis impendi me exulem et pauperem esse patiuntur. Ut tandem hec et his similia dicendo applicuit: uenit karitiam ubi filia sua erat. Expectans autem extra ciuitatem. misit ei nuntium suum qui indicaret ipsum in tanta miseria collapsum. Et quia non habebat quod comederet uel indueret. misericordiam illius petebat. Quo indicato: commota est cordeilla. et fleuit amare. quesiuitque quot milites secum haberet. Qui respondit ipsum neminem habere. excepto quodam armigero qui foris cum eo expectabat. Tunc illa cepit quantum opus erat auri et argenti deditque nuntio: precipiens ut patrem ad aliam ciuitatem duceret ibique ipsum infirmum fingeret. et balnearet indueret et foueret. Iussit quoque ut .xl. milites bene indutos et paratos retineret. Et tunc demum regi aganippo mandaret. et filie sue sese aduenisse. Nuntius ilico reuersus duxit regem ad aliam ciuitatem absconditque eum ibi donec omnia que cordeilla iusserat perfecisset.

Mox ut regio apparatu et ornamentis et familia insignitus fuit. mandauit aganippo et filie sue sese a generis suis expulsum a regno britannie et ad ipsos uenisse ut auxilio eorum patriam suam recuperare ualuisset. At ille

Lamentatio Leyr transfretantis in Galliam

cum consulibus et proceribus obviam venien
tes honorifice susceperunt illum. Dede
runtque ei potestatem totius gallie donec
eum in dignitatem restituerent. Interea
misit aganippus legatos per universam galli
am. ad colligendum in ea omnem arma
tum militem ut auxilio suo regnum bri
tannie leiri socero suo reddere labora
ret. Quo facto duxit secum filiam suam
et collegit multitudinem in britanni
am. Pugnavitque cum generis et tri
umpho potitus est. Deinde cum quosque sue
potestati reddidisset. in tercio anno mortu
us est. Mortuus est etiam aganippus rex fran
corum. Cordeilla ergo regni gubernaculum ad
epta sepelivit patrem in quodam subter
raneo quod sub Sora fluvio infra leirecestri
am fieri preceperat. Erat autem subterra
neum illud conditum in honore bifrontis
iani. Ibi omnes operarii urbis adveniente
sollempnitate dei opera que per annum actu
ri erant incipiebant.

Cum ergo cordeilla regnum per quinque
nnium pacifice tractasset. cepe
runt eam inquietare duo filii
sororum suarum. Marganus et Cunedagius.
qui maglauro et henuino ducibus copu
lati fuerant. Ambo iuvenes preclare pro
bitatis famam habebant. Quorum alte
rum videlicet marganum maglaurus
genuerat. cunedagium vero henuinus. Hii
ita cum post obitum patrum in ducatus
eisdem successissent. indignati sunt
britanniam feminee potestati subditam
esse. Collectis ergo exercitibus in reginam
insurrexerunt. Nec sevicie sue desistere
voluerunt. donec quibusque provinciis
vastatis prelia cum ipsa commiserunt.
Eam quoque ad ultimum captam in car
cere posuerunt. ubi ob amissionem
regni dolore obducta. sese interfecit.
Exin partiti sunt iuvenes insulam cuius
pars illa que trans humbrum extenditur ver
sus catenesiam margano cessit. Alia
vero que in altera parte fluminis ad occa
sum solis vergit. cunedagio submit
titur. Emenso deinde biennio accesse
runt quibus turbatio regni placebat
ad marganum eique animum subducen
tes. dicebant turpe et dedecus esse ipsum cum
primogenitus esset totius insule non dominari.
Cumque his et pluribus aliis modis incitatus
fuisset. duxit exercitum per provincias cune
dagii. et ignem accumulare incepit.
Orta ergo discordia obviavit ei cuneda
gius cum omni multitudine sua. Factoque
congressu cedem intulit non minimam.
et marganum in fugam propulit. Deinde secutus
est eum fugientem a provincia in provin
ciam. Tandem intercepit eum in pago
kambrie. qui post interfectionem eius no
mine suo Margan hucusque a pagensibus
appellatus est. Potitus itaque victoria cune
dagius monarchiam totius insule adeptus
est. eamque xxx.iii. annis gloriose tracta
vit. Tunc ysaias et osee prophetabant. et ro
ma condita est xi. kl. mai. a geminis
fratribus Remo et Romulo. rex nonus

Postremo defuncto cunedagio suc
cessit ei Rivallo filius ipsius iuvenis
pacificus fortunatus. qui regnum cum diligentia
gubernavit. In tempore eius tribus diebus
cecidit pluvia sanguinea et muscarum
affluentia homines moriebantur. Post hunc
successit Gurgustius filius eius. Cui Silius. Cui
iago. Cui Kymarcus. Post hunc Gor
bodugo. Huic nati fuerunt duo filii.
quorum unus ferreux. Alter porrex.
nuncupabatur. Cum autem pater in se
nium vergisset. orta est contentio in
ter eos. quis eorum in regno succederet.
At porrex maiori cupiditate subduc
tus. paratis insidiis ferreum fratrem in
terficere parat. Quod cum illi compertum fuisset.
vitato fratre transfretavit in galliam.
Sed usus auxilio Suardi regis francorum
reversus est. et cum fratre dimicavit.
Pugnantibus autem illis. interfectus est fer
reus et tota multitudo que cum eo comi
tabatur. Porro mater eorum cui nomen
iudon cum de nece filii certitudinem
habuisset. ultra modum commota in odi
um alterius versa est. Diligebat namque
illum magis altero. Unde tanta ira ob
mortem ipsius ignescebat. ut ipsum in fra
trem vindicare affectaret. Nacta ergo
tempus quo ille sopitus fuerat. aggreditur
illum cum ancillis suis. et in plurimas sectio
nes dilaceravit. Exin civilis discordia
multo tempore populum afflixit. et reg
num v. regibus summissum est. qui se mutuis
cladibus infestabant. rex decimus

Succedente tandem tempore suscita
vit providentia quendam iuvenem
qui Dunuallo molmutius voca
batur. Erat enim filius cloteni regis cor
nubie. pulcritudine et audacia omnes re
ges britannie excellens. Qui ut re
gimen patrie post obitum patris susce
pit. insurrexit in piguernem regem

Ysaias et Osee prophetabant. Roma conditur.

Prodigia.

Qualiter Cordeilla filia regis per filios sororum suarum inquietata capta et in carcere posita ... filii ... regnum et postmodum uno ab alio interfecto ... solus regnabat.

loegrie. et facto congressu interfecit eum.
Dein conuenerunt Rudaucus rex kam
brie. atque Staterius rex albanie confir
matoque inter se federe: duxerunt exerci
tus suos in prouincias Dunuallonis. edifi
cia et colonos depopulaturos. Quibus obuia
uit Dunuallo cum .xx. milibus uirorum plu
rimque commisit. Cumque multum diei dum
pugnarent preterisset: nec sibi uictoria pro
uenisset: ad se uocauit .dc. audacissimos
iuuenes. et cunctis arma defunctorum hos
tium sumere precepit. et indui. Ipse etiam proiectis il
lis quibus armatus erat: similiter fecit. Dein
duxit illos concurrentes hostium cate
uas incedendo quasi ex ipsis esset. Nactus
quoque locum quo Rudaucus et Staterius
erant commilitonibus indixit. ut in ipsos
irruerent. Facto igitur impetu perimuntur
duo predicti reges et plures alii cum illis.
At dunuallo molmutius timens ne a suis
perimeretur: reuertitur cum sociis. et sese exarma
uit. Resumptis deinde armis que prius exuerat.
hortatus socios in hostes irruere. et ipsos acri
ter inuasit. Hec mora uictoria potitus est:
fugatis ac dispersis hostibus. Denique per patrias
supradictorum interemptorum uagando subuertit
urbes. et oppida. populumque sue potestati
submittit. Et cum totam insulam omnino
subiugasset. fecit sibi diadema ex au
ro. insulamque in pristinum statum reduxit.
Hic leges que molmutine dicuntur.
inter britones statuit. que usque ad tem
pora nostra inter anglos celebrabantur.
Statuit siquidem inter cetera que multo
tempore post beatus Gildas scripsit. ut tem
pla deorum et ciuitates. talem dignitatem
haberent. ut quicumque fugitiuus siue reus
ad ea confugeret. cum uenia coram ini
mico suo abiret. Statuit etiam ut uie
que ad predicta templa et ad ciuitates
ducebant. nec non et aratra colonum
eadem lege confirmarentur. In diebus
itaque eius latronum mucrones cessa
bant. raptorum seuicia obturabatur.
nec erat usquam qui alicui uiolentiam inge
reret. Denique cum inter talia .xl. annos
post sumptum diadema expleuisset de
functus est. et in urbe trinouantum
prope templum concordie sepultus. quod ipse
ad confirmationem legum construxerat.

Exin duo eius filii. Belinus uideli
cet. et Brennius in regnum
succedere uolentes maxima
contraxerunt discordia.
Contendebat enim uterque quis eorum diademate
regni insigniretur. Cum itaque plures de
certationes inter se commisissent. id

fuerunt amici utrorumque qui ipsos in concor
diam reduxerunt. Censuerunt quoque reg
num inter eos ea conditione diuidendum esse.
ut belinus diadema insule cum leogria atque
kambria nec non et cornubia possideret. Bren
nius uero quoniam iunior fuerat fratri subderetur.
northanhumbriam que ab humbro usque
ad kateneisiam optineret. Confirmatoque
super his pactionibus federe: tractauerunt pa
triam per quinquennium cum pace et iusticia.
Sed quia discordia sese prosperis rebus semper
miscere conatur. affuerunt quidam fabri
catores mendacii. qui ad Brennium acces
serunt dicentes. Ut quid ignauia te tenuit
occupauit ut belino subiectionem teneas.
cum idem pater et mater eademque nobilitas te ei pa
rificet: Adde quod in pluribus debellationibus
expertus es: qui totiens cheulfo duci mo
rianorum in prouintiam nostram applicanti re
sistere potuisti. ipsumque ex regno fugare.
Rumpe fedus quod tibi dedecori est: et duc filiam
elsingii norguegensium. ut auxilio ipsorum
ammissam dignitatem recipias. Postquam
igitur his et pluribus aliis animum iuuenis corrupe
runt. acquieuit ipse aditque norguegiam.
duxitque filiam regis: ut a predictis adula
toribus edoctus fuerat.

Interea cum id fratri nuntiatum esset. indignatus
est. quia sic sine licentia sua et contra ipsum
egisset. Petiuitque northhumbriam cepitque
comprouincialium ciuitates. et eas custo
dibus suis muniuit. Porro Brennius
audito rumore qui actum fratris notificauerat:
adduxit secum magnam copiam nor
guegensium. paratoque nauigio: redit in
britanniam. Cumque equora securus et prosperis
uentis sulcaret. obuiauit ei Guthlac
rex dacorum. qui ipsum insecutus fuerat.
Estuabat namque amore puelle. quam bren
nius duxerat. unde ultra modum dolens. clas
sem parauerat. et exercitum. ipsumque ceterrimis
uelis sequebatur. Nauali igitur aggressu
facto. cepit forte nauem. qua predicta puel
la fuerat. illatisque uncis illam inter socios
adduxit. Illud autem hinc et inde infra profun
dum congredientibus. ruunt ex inpulso ad
uersi uenti: factoque turbine naues dissi
pant dissipatas uero in diuersa littora compellit.
Rex igitur dacie inimica ui uentorum compulsus per
actoque .v. dierum concursu: cum timore ap
plicauit cum puella in northamhumbriam.
nesciens quam patriam inopinabilis euentus
optulisset. Cumque id a pagensibus compertum esset.
ceperunt illos. duxeruntque ad belinum qui
super maritima aduentum fratris expectabat.
Erant ibi cum naue Guthlaci tres alie na
ues. quarum una fuit ex nauigio bren
nii. Postquam autem qui essent regi indica

Qualiter moleutius latrones et pacem firmauit et pacem quod ad ecclesiam confugerit

Quomodo regno diuiso inter Belinum et Brennium orta est discordia inter eos.

69 namque multitudo italorum supervenerat: ita

70 ut illi terrori essent. Consilio igitur habito remansit Belinus cum Britonibus in Germania, prelia hostibus illaturus. Brennius vero cum exercitibus suis Romam adiuit, ut ruptum fedus in Romanos vindicaret. Id autem Itali scientes, deseruerunt Germanos, et Romam revertere captantes, Brennium prevenire festinaverunt. Belinus itaque ut id sibi nuntiatum fuerat, revocato exercitu preterita nocte accelerauit quandamque vallem nactus, qua hostes pretereuntes erant, infra illam delituit, et adventum illorum expectavit. Sequenti deinde die instante venerunt Itali ad eundem locum, ceptumque iter facientes. Et cum vallem armis hostium fulgere prospexissent, confestim stupefacti, arbitrati sunt Brennium Senonesque Gallos adesse. Belinus igitur, conspectis hostibus, subito impetu irruptionem fecit in illos, atque acriter invasit. Hec mora Romani ex improviso occupati, quia inermes et sine ordine incesserant, cum fuga campum deseruerunt. Quos Belinus sine pietate sequens, trucidare non cessavit, donec superveniente nocte inceptam stragem nequivit perficere. Cum victoria deinde Brennium petivit, qui

71 iam tertia die Romam obsidebat. Iunctis igitur communem exercitum fecerunt, invadentes undique urbem, menia prosternere insistunt. Et ut maiorem cladem ingererent, erexerunt furcas ante portas civitatis, obsessisque mandaverunt, quod obsides quos dederant in patibulo suspenderent, nisi sese deditioni submitterent. Verum Romani in proposito suo perseverantes, despecta natorum et nepotum pietate, sese defendere intendunt. Nam quandoque machinationes eorum contrariis vel consimilibus conterebant, quandoque vero omnimodis telis ipsos a menibus repellebant. Cumque id conspexissent fratres, confestim pravia ignescentes ira, .xxiiii. nobilissimos obsidum in conspectu parentum suspendi preceperunt. Itaque Romani protervores insistentes, et freti legatione Fabii et Porsenne consulum, qui ipsis mandaverant quod in auxilium eorum sequenti die venirent, urbem egredi statuerunt, et cum hostibus prelia committere. Et dum turmas suas sapienter distribuerent, ecce predicti consules resociatis sociis qui dispersi fuerant prelia advenerunt. Densis autem agminibus incedentes ex improviso invaserunt Allobroges et Britones. Egressis quoque civibus consociati, stragem non minimam primo fecerunt. Porro fratres cum cladem commilitonum tam subito inspexissent, admodum anxiati, socios ceperunt hortari, atque in turmas resociare. Crebras etiam irruptiones facientes, hostes retrocedere coegerunt. Postremo perpetratis in utraque parte ad milia pugnantibus, victoria fratribus provenit. Interfecto etiam Gabio, et capto Porsenna, urbem ceperunt, et absconditas conciviium opes commilitonibus dederunt.

Habita igitur victoria remansit Brennius in Italia, populum inaudita tirannide afficiens. Cuius ceteros actus et exitum, quoniam Romane historie declarant, ideoque nequaquam tractare curavi, cum nimia prolixitate huic operi ingessissem, et id quod alii tractaverunt, perarassem, a proposito meo divertissem. Belinus vero in Britanniam reversus est: et cum tranquillitate reliquis vite sue diebus patriam tractavit. Renovavit etiam edificatas urbes ubicumque collapse fuerant, et multas novas edificavit. Inter ceteras composuit unam super Oscam flumen prope Sabrinum mare, que multis temporibus Kaerusc appellata metropolis Demetie fuerat. Postquam autem Romani venerunt, prefato nomine deleto, vocata est urbs legionum, vocabulum trahens a Romanis legionibus, que ibidem hyemare solebant. Fecit etiam in urbe Trinovantum ianuam mire fabrice super ripam Tamesis, quam de nomine suo cives temporibus istis Belinesgata vocant. Desuper vero edificavit turrim mire magnitudinis, portumque subter ad pedem applicantibus navibus idoneum. Leges patris ubique per regnum renovavit, constanti iusticie indulgens. In diebus igitur tanta copia divitiarum populum refecit, quantam nec retro etas habuisse testatur, nec subsequens consecuta fuisse. Postremo cum suprema dies ipsum ex hac vita rapuisset, combustum est corpus eius et pulvis in aureo cado reconditus, quem in urbe Trinovantum in summitate predicte turris mira arte locaverunt.

72 Post hec successit ei Gurguint filius eiusdem, vir modestus et prudens, qui per omnia paternos actus imitans, pacem et iusticiam amabat. Et cum vicini adversus eum rebellabant, audaciam

exemplo genitoris reuocans. p̄lia cōmitte
bat. Et hostes ad debitā subiectionē redu
cebat. Int̄ plura alia contingit q̄d rex da
coꝝ qui diebus patris tributū eidē redde
bat. hunc reddē diffugeret. & ei debitam
subiectionē denegaret. q̄d ipse grauit̄ fe
rens duxit nauigium sup eum in daciā.
afflictoq; diris simus plus populo & int̄
fecit regē. patriamq; pristino iugo suppo
suit.

Ea tempestate cum istam p̄ uic
toriam domū p̄ insulas orcadas
rediret: inuenit .xxx. naues
uiris ac mulieribus plenas. Et cū cau
sam aduentꝰ eoꝝ inquisisset: accessit
ad eum dux eoꝝ partolo in noīe. & ad
oratō eo: pacē & ueniā rogauit. Dicebat
aūt se ex partibus hispaniarū expul
sum fuisse & maria illa circuire ut loc̄
mansionis haberet. Petebat q̄ ab illo
portiunculam britannie ad inhabi
tandam: ne odiosum iter maris diuti
pararet. Anno & enī dimidio iā emīsus
fuerat. ex quo a patria sua expulsus p̄
occeanum cū sociis nauigauerat. Vt g
gurguint bartruc. & ipsos ex hispania
uenisse & basclenses uocatos eē. & peti
tionē eoꝝ edoctꝰ fuit: misit hoīes cū
eis ad insulam hibnie que tūc uasta
oī incola carebat eam illis concessit.
Deīn creuerunt illic & multiplicati
sunt: insulāq; usq; in hodiernū diē
tenuerunt. Gurguint u̇ bartruc cū
dies uite sue cū pace explesset: sepul
tus fuit ī urbe legionū. quā p̄ obitū
patris edificiis & muris decorare studue
rat.

Post illū aūt Guitelinꝰ diadema
regni suscepit. q̄d omī tēpore
uite sue benigne & modeste tractauit.
Erat ei nobilis mulier Marcia noīe.
oībus artibus erudita. Hec inter
multa & inaudita q̄ p̄prio ingenio
reperat. inuenit legem quam bri
tones marcianā appellauerunt. hāc
ūt rex Aluredꝰ int̄ cetera transtulit. & saxo
nica lingua merchenelaga uocauit.
At ut guetelinꝰ obitu remansit gub
naculum regni p̄dicte regine & filio
ei q̄ sisilliꝰ uocabatur. Erat tūc sisillius
vii. annoꝝ nec etas ipsiꝰ expetebat.
ut regnū moderationi ei cessisset.
Qua de causa mat̄. q̄z consilio & sensu
pollebat. imperiū totiꝰ insule optinu
it & cū ab hac luce migrasset sisillius
suscepto diademate gubnaculo potitus
est p̄ illū kimarꝰ filiꝰ suus regimen

optinuit. Cui successit danꝰ eidē frater.
Quo defuncto. insignitꝰ ē morindꝰ. quem
ex tangustella concubina genuerat. hic
nimia probitate famosissimꝰ eēt. n̄ plus ni
mie credulitati indulsisset. Nemini nāq;
parcebat iratꝰ q̄n eū interficeret. si copiā te
loꝝ repiret. Erat nāq; pulcher aspectu.
& in dandis muneribus profusus. Nec erat
alt̄ tante fortitudinis in regno. qui con
gressū ei sustentare quiuisset.

Temporibus ipsius applicuit q̄dā
rex morianoꝝ cū magna manu
in northanhimbriā. & patriam uas
tare cepit. Cui morindus collecta totiꝰ
potestatis sue iuuentute obuiā preexit:
& cū illo p̄liatꝰ est. Plus ipse solus in p̄lian
do proficiebat q̄ maxima pars exercitꝰ
sui cui principabatꝰ. Et ut uictoria po
titꝰ est: non euasit ullus uiuus q̄n ip
sum interficeret. Iubebat enī unū p̄ aliū
ante se adduci ut quēq̄ perimendo crudeli
tatē suā saciaret. Et cū fatigatꝰ paulis
p̄ saciasset: precipiebat ipsos uiuos excoria
ri. & excoriatos cōburi. Int̄ hec & alia se
uitie sue gesta contigit ei infortuniū q̄d
dam q̄d nequiciā suam deleuit. Aduenerat
nāq; ex partib; hibnici maris. inaudite
feritatis belua. que incolas iuxta mari
tima sine intermissione deuorabat. Cūq;
fama aures eius attigisset. accessit ipse ad
illam. & solus cū sola congressus est. At cū
oīa tela sua ī illa ī uanū consūpsisset: ac
celerauit monstrū illud. & apertis faucib;
ipsū uelud pisciculum deuorauit.

Genuerat ipse .v. filios quoꝝ
primogenitꝰ Gorbodianꝰ noīe soliū
regni suscepit. Nullus ea tēpes
tate iustior erat. aut amantior eq̄
nec qui populum maiori diligentia tractaret.
Mos ei continuus erat debitum honorem
diis primū impendere. & rectā plebi iusticiā.
P̄ cunctas regni britannie ciuitates tē
pla deoꝝ renouabat. & plā noua edifi
cabat. Oībꝰ diebꝰ ei tanta diuitiarū copia
repleuit insulam. quantā nulle colla
terales prouincie habebant. Quippe colo
nos ad agriculturā animabat. ipsos ab
iniuriis dn̄oꝝ defendens. Bellatoresq̄;
iuuenes auro & argento ditabat. ita
ut nulli opꝰ eēt. alteri iniuriā facere. Int̄
hec & alia plurima bonitatis ipsiꝰ gesta.
debita nature soluens: ab hac luce mi
grauit. & ī urbe trinouantū sepultꝰ est.

Post illū archallo fr̄ regio dia
demate insignitꝰ. q̄ oībꝰ suis acti
bus germano diuersus extitit.
Nobiles nāq; ubiq; laborabat deponere

De inhabitatione hibernie.

Guithelino a[illegible] [illegible] et lege a [illegible] [illegible] Sisillio filio [illegible] [illegible]

De victoria [illegible] [illegible] [illegible]

De marina belua q̄ hoīes devorabat.

De Gorbod[illegible] [illegible]

et ignobiles exaltare. Diuitibus quibusque sua au
ferre. infinitos thesauros accumulare.
Quod heroes regni diutius ferre recusan
tes. insurrexerunt in ipsum. et a solio re
gio deposuerunt. Exin erexerunt
Eliduro fratrem eius qui postea propter misericordiam
quam in fratrem fecit. pius uocatus fuit. Hic
cum regnum quinquennio possedisset. forte
in calaterio nemore uenans. obuiauit
fratri suo qui depositus fuerat. Ipse uero peragrauerat
quibusque conprouincialibus regnis auxilium
19 quesierat. ut amissum honorem recuperare
quiuisset. nec usquam inuenerat. Et cum
superueniente paupertate diutius ferre non
potuisset. reuersus est in britanniam.
x. solummodo militibus comitatus. Petens igitur il
los quos dudum habuerat amicos. predictum
dictum nemus preteribat. cum eliduro frater eius ipsum
insperatum aspexisset. Quo itaque uiso cucur
rit eliduros et amplexatus est illum. infi
nita oscula ingeminans. Et ut diu mi
seriam eius defleuit duxit illum secum in ci
uitatem aldclud. et in thalamio suo oc
culuit. Post hec finxit se infirmum
ibi. nunciosque suos per totum regnum direxit.
qui principibus sibi subditis suggessis
sent. ut ad se uisitandum uenirent.
Cumque cuncti in urbe qua iacebat conuenissent.
precepit ut unusquisque singulatim et sine tumul
tu ingrederetur. Asserebat enim sermonem plu
rimum capiti suo nociturum. si cateruatim
superuenissent. Credulus quoque quisque iussi
oni eius paruit. unusquisque post alterum domum
ingressus est. Singulos itaque ingredientes
precipiebat eliduros ministris qui ad hoc
parati erant. eos capere. ipsisque capita
amputare. nisi se iterum archgalloni fratri
suo summisissent. Sic faciebat separatim
de cunctis. et omnes archgalloni median
te timore pacificauit. Confirmato de
nique federe. duxit eliduros archgallonem ebo
racum. cepitque diadema de capite suo. fratrisque
capiti imposuit. Unde sortitus est hoc no
men pius. quia predictam pietatem in fratrem ha
buerat. Regnauit igitur archgallo. x. an
nis. et sese ab incepta nequitia correxit.
Vice etenim uersa cepit ignobiles deponere.
et generosos exaltare. Quod suum erat unicui
que permittere. rectamque iusticiam exercere. De
nique superueniente languore defunctus
est. et in urbe kaerleir sepultus.
Erigitur eliduros iterum in regem. et pristine
dignitati restituitur. Sed dum Gorbo
niani primogeniti fratrem in omni boni
tate sequeretur. duo residui fratres eius Vige
nius et peridurus cum illo preliari aggrediuntur. Po
titi uero uictoria ceperunt illum. et infra turrim
urbis trinouantum incluserunt imponen
61 tes custodes. Postea uero partiti sunt reg
num in duo. Cuius pars que ab humbro
flumine uersus occidentem uergit in sortem
cecidit uigenii. Altera uero cum tota alba
nia pereduro. Emensis deinde. vii. an
nis obiit Vigenius. et totum regnum cessit
pereduro. Insignitus itaque illud benigne
postmodum et modeste gubernauit. ita ut
antecessores fratres excelle dicerentur. nec de Elu
duro mentio fieret. Sed cum nemini mortis par
cere nesciat. ipsa repentino casu ueniens. ip
sum uite surripuit. Eripitur continuo Eliduros
carcere. et tercio in solio regni sublimatus. Et cum
omne tempus suum in bonitate et iusticia expleuis
set ab hac luce migrans. exemplum pietatis
successoribus suis reliquit.

Defuncto itaque eliduro suscepit regi
men Gorboniani filius diadema reg
ni. et auunculum in sensu et pruden
tia imitatus est. Postposita namque tyranni
de iusticiam atque misericordiam in populum exerce
bat. nec umquam a tramite rectitudinis deuiauit.
Post illum regnauit Margan archgallonis
filius. Qui et parentum exemplo serenatus. gentem
britonum cum tranquillitate tractauit. Huic
successit enniaunus frater suus. Qui longe ab
62 illo distans in tractando populum. sexto an
no regni sui a regia sede depositus est. Post
posita namque iusticia tyrannidem prelegat.
que illum a solio regni deposuit. In loco
eius positus fuit cognatus suus iduallo Vigenii
filius. Qui euentum Enniauni correctus. ius
atque rectitudinem colebat. Huic successit
Runo peduri filius. Cui gennonton eriduri
filius. Post illum Catellus filius suus. Post illum
Coillus. Post coillum. Porrex. Post porrecem.
Cherin. Huic nati fuerunt tres filii. Fulgen
cius uidelicet. atque Eldalus. necnon et Andragius.
qui omnes alter post alterum regnauerunt. Exin suc
cessit urian andragii filius. Cui eliud.
Cui eledaui. Cui clotenus. Cui gurguintius.
Cui merianus. Cui bledudo. Cui Cap. Cui
Oenus. Cui Sisillius. Cui bledgabred. Hic omnes
cantores quos retro etas habuerat. in mo
dulis. et in omnibus musicis instrumentis excede
bat. ita ut deus ioculatorum diceretur. Post illum reg
nauit archmail frater suus. Post hunc Eldol.
63 Cui successit redion. Cui rederchius. Cui sa
muil. Cui pir. Cui capoir. Cui eliguel
lus filius suus. uir in omnibus actibus modestus et pru
dens. et qui super omnia rectam iusticiam inter po
pulos exercebat.

De Gorboniano et eius successoribus ac multis successoribus suis inter quos fuit Lud. a quo ciuitas sic [illegible] Londonia [illegible]

Eliduri [illegible] in regem. qui [illegible] per fratres [illegible] et [illegible] inclusus est in [illegible]. quibus [illegible] defunctis [illegible] in regem. et [illegible]

55

Post illum successit heli filius eius. regnumque xl. annis tractauit. Hic .iii. filios generauit. Lud. Cassibellaunum. Heninum. Quorum primogenitus scilicet lud regnum post obitum patris suscepit. Exin gloriosus edificator urbium existens. renouauit muros urbis trinouantum. et innumerabilibus turribus eam circumcinxit. Precepit etiam ciuibus ut domos suas et edificia in eadem construerent. ita ut non esset in longe positis regnis ciuitas. que pulcriora palatia contineret. Fuit ipse bellicosus homo et in dandis epulis profusus. Et cum plures ciuitates possideret. hanc pre omnibus amabat. et in illa maiori parte totius anni morabatur. Unde nominata fuit postmodum Kaerlud. et deinde per corruptionem nominis Kaer lundein. Succedente quoque tempore per commutationem linguarum dicta fuit lundene. et postea lundres applicantibus alienigenis qui
44 patriam sibi submittebant. Defuncto tandem illo corpus eius reconditum fuit in predicta ciuitate iuxta portam illam que adhuc de nomine eius porthlud britannice. Saxonice uero ludesgete nuncupatur. Nati fuerunt ei duo filii. Androgeus. et Tenuantius. Qui cum propter etatem regnum tractare nequiuissent. Cassibellaunus frater suus loco illorum sublimatur. Mox ut diademate insignitus fuit. cepit ita largitate atque probitate uigere. ut fama illius per remota regna diuulgaretur. Unde contigit ut totius regni monarchia ei et non nepotibus cederet. Cassibellaunus tamen pietati indulgens noluit iuuenes expertes esse regni. sed eis magnam partem distribuit. Urbem etenim trinouantum cum ducatu cantie largitus est. androgeo. Ducatum uero cornubie tenuantio. Ipse autem diademate prelatus illis. et totius insule principibus imperabat.
48 INTEREA contigit ut in romanis reperitur hystoriis Iulium cesarem subiugata gallia ad litus rutenorum uenisse. Et cum illinc britannicam insulam aspexisset. quesiuit a circumstantibus que patria. et que gens inhabitasset. Dum ad oceanum intueretur. Cumque nomen regni didicisset et populi: dixit. Hercle ex eadem nos romani et britones orti sumus. quia ex troiana gente processimus. Nobis eneas post destructionem troie primus pater fuit. Illis autem brutus quem siluius ascanii filii enee filius progenuit. Sed nisi fallor ualde degenerati sunt a nobis. Nec quid sit militia nouerunt. cum infra oceanum extra orbem commaneant. Leuiter cogendi erunt tributum nobis dare. et continuum obsequium romane dignitati prestare. Prius tamen mandandum est eis. ut inaccessi a romano populo et intacti uectigal reddant. Ut ceteri gentes subiectionem senatui faciant. ne nos
49 ipsorum cognatorum nostrorum sanguinem fundentes antiquam nobilitatem patris nostri priami offendamus. Quod cum litteris suis cassibellauno regi mandauisset: indignatus est cassibellaunus. et ei epistolam suam in hec uerba direxit.

Cassibellaunus rex britonum. gaio iulio cesari. Mirandâ est. romani populi cupiditas. quicquid est auri uel argenti sitiens. nequit nos infra pericula oceani extra orbem positos pati. quin census nostros appetere presumat: quos actenus quiete possedimus. Hoc etiam quidem sufficit. nisi postposita libertate subiectionem ei faciamus: perpetuam seruitutem subditi. Obprobrium itaque petisti tibi cesar. cum communis nobilitatis uena britonibus et romanis ab enea defluat. et eiusdem cognationis una et eadem catena presfulgeat. qua in firmam amicitiam coniungi deberent. Illa a nobis petenda esset. non seruitus. quia eam potius largiri didicimus. quam seruitutis iugum deferre. Libertatem namque in tantum consueuimus habere. quod prorsus ignoramus quid sit seruituti obedire. Quam si ipsi dii conarentur nobis eripere. elaboraremus utique omni nisu resistere. ut eam retineremus. Liqueat igitur tue discretioni cesar nos pro illa et pro regno nostro pugnaturos. si ut comminatus es infra insulam britannie superuenire inceperis.

His itaque uisis Gaius Iulius cesar nauigium suum parat. prosperosque uentos expectat. ut quod cassibellauno mandauerat. effectibus prosequeretur. Optato uero uento instante erexit uela sua. et in hostium tamesis fluuii cum exercitu suo applicuit. Iamque rates tellurem appulerant. ecce cassibellaunus cum tota fortitudine sua occurrit. et ad dorobellum opidum ueniens. ibi consilium cum proceribus iniuit. qualiter hostes longius arceret. Aderat etiam belinus princeps militie sue. cuius consilio totum regnum tractabatur. Aderant et duo nepotes sui. Androgeus uidelicet dux trinouantum. et tenuantius dux cornubie. Tres quoque reges sibi subditi cridious albanie. et guerthaet uenedotie. Atque britael demetie. Qui ut ceteros in affectum pugnandi induxissent. consilium dederunt. ut recenter castra cesaris adirent. et antequam ciuitatem aliquam siue opidum cepisset. ipsum expellere insisterent. Nam si sese infra munitiones patrie immisisset. difficilius eum expellendum. cum sciret quo se et commilitones suos reciperet. Assensum igitur prebentes. cuncti petierunt littora. quibus iulius castra et ten

tota sua erexerat. Ibi disposita multitudine parte catervas decertando commiscuerunt. pila pilis, ictus ictibus obicientes. Nec mora hinc et inde corruunt vulnerati tela infra vitalia recepta. Manat tellus cruore morientium. ac si repentinus auster absortum mare reduxisset. Concurrentibus ergo aciebus casu obtulit se Nennius et Androgeum ducem Cantuariorum et Trinovantum quibus presidebant. Agmini quo imperator aderat. Ut ergo convenerunt pene dissipata fuit imperatoria cohors Britonibus densa acie invadentibus. Et cum mixti ictus ingeminarent. dedit casus aditum Nennio congressum cum Iulio faciendi. Irruens ergo in illum Nennius ultro modo letatur se posse vel solum ictum tanto viro ingerere. Quem cesar ut impetum in se facientem aspexit. pretenso clipeo excepit. et quantum vires permiserunt cum nudato ense ipsum super cassidem percussit. Erecto ergo gladio voluit exequi primum ictum ut mortiferum vulnus imprimeret. Quod cum Nennius calluisset imposuit clipeum suum in quo mucro Iulii a casside maximis labens viribus inhesit. Ita ut cum irruentibus turmis diutius congredi nequirent. ipsum imperator extrahere non potuisset. Nennius ergo gladium cesaris predicto modo adeptus abiecit suum quem tenuerat et abstracto alio in hostes irruere festinat. Quemcumque cum ipso percutiebat. vel ei caput amputabat. vel ipsum sauciatum preteribat ita ut in nulla spes vivendi in eo maneret. Illi tandem in hunc modum sevienti obviavit Labienus tribunus. sed in primo congressu ab eo peremptus est. Denique plurima parte diei emensa irruentibus Britonibus strictis turmis et audaces impetus facientibus victoria favente provenit. et cesar sese infra castra et naves lacerata romanorum recepit. Eadem nocte illa revocatis cesar naves suas ingreditur et neptunum pro castris habere letatur. Cumque sibi dissuasissent socii plura diutius ingerere acquiescens monitionibus eorum reversus est in galliam.

Cassibellaunus ob receptum triumphum leticie grates deo solvens. socios victorie sue convocavit et quemque iuxta meritum probitatis maximis muneribus donavit. Angebatur tamen dolore quoniam frater suus Nennius letaliter vulneratus in dubio vite iacebat. Vulneraverat enim eum Iulius in predicto congressu et plagam immedicabilem intulerat. Unde infra xv. dies post prelium irruente morte ab hac luce migravit. et in urbe Trinovantum iuxta aquilonarem portam sepultus est. Exequias ergo regias facientes posuerunt gladium cesaris cum illo in sarcophago. quem infra clipeum suum pugnans retinuerat. Erat nomen gladii crocea mors: quia nullus evadebat vivus. qui cum illo vulnerabatur.

Terga ergo vertente Iulio et in gallicano littore applicato. rebellionem moliuntur galli. dominiumque Iulii abicientes. Arbitrabantur namque ipsum esse debilitatum. ut nullatenus eis amplius timori esset. Fama etiam apud omnes erat unam eademque totum mare iam navibus cassibellauni fervere. fugam ipsius insecuturi. Unde audaciores insistentes cogitabant quomodo cesarem a finibus suis expellerent. Quod Iulius callens. noluit anceps bellum cum feroci populo committere. Sed apertis thesauris quosque nobiles adire. ut singulos munificatos in concordiam reduceret. Plebi libertatem pollicetur. exheredatis amissas possessiones. servis libertatem. Qui prius leonina feritate fulminans. ipsis omnia abstulerat. nunc mitis agnus humili voce balans omnia posse reddere letatur. Nec ab his blandiciis quievit. donec pacificatis cunctis amissam potestatem recuperavit. Nullus tamen dies preteribat. quin fugam suam britonumque victoriam recoleret.

Emenso itaque biennio parat iterum occeanum transfretare. et sese in cassibellauno vindicare. Quod cum cassibellaunus compertus esset. urbes ubique munivit. diruta menia renovavit. Armatos in singulis portibus statuit. Preterea alveo tamesis fluminis quo ad urbem trinovantum cesar navigaturus erat. palos ferreis atque plumbatis admodum humani femoris grossis sub amne infixit. ut naves Iulii que supervenirent erant illideret. Collecta etiam iuventute insule mansionem iuxta maritima fecit. adventum hostium expectans.

Iulius autem cum omnia que sibi necessaria erant paravisset. cum innumerabili multitudine militum mare ingressus est. optatam stragem populo qui eum devicerat inferre affectans. Quam procul dubio ingessisset: si illesa classe tel

lure potiri potuisset. Qd ad effectū duce nequiuit. Nā dū p tamensē fluuiū pdictā ciuitatem peteret. naues ei pdictis palis infixe. subitū passe sunt piculum. Unde ad milia submergebant milites. dū ipsas forātes ingrediens fluuius absorbebat. Cūq; id Cesari cōptū eēt. uel maxima ui retortis ad terrā uela festinauit. Illi quoq; q in tanto piculo supfuerant uix elapsi. tellurem cū ipso scandūt. hoc g Cassibellaunus ex ripa qua aduenerat aspiciens. gaudet p piclin submissorum. s; tristatur ob salutem ceterorum. Dato ū cōmilitonib; suis signo. impetū i romanis facit. At romani q quā piclin i fluuio ppessi fuissent. ut terra potiti sunt uiriliter britonum irruptioni restiterunt. Audaciā q; p muro habentes stragē n minimā fecerunt. s; tn maiorē paciuntur q iferebant. Pliciati nāq; in flumine pauciores incedebant. Britones uero omi affluencia suorum augmentati. tres maiorē numerum habebant. Vn debilitatis ceteris. triumpho potiti sunt. Cesar g cū sese deuictum inspexisset. cū paucis ad naues diffugit. 7 tutam maris ex uoto nactus est. Tempestatis q uentis instantib; erexit uela sua. 7 morianorum litus petiuit. ingressusq; ē qndā turrim q in loco q odnea uocatur cōstruxerat. ante q britanniā hac uice adiuisset. Timebat nāq; gallorum fidē 7 instabilitatē. ne i sese scdo irruerent sic supdictū est eos fecisse. qn pimo britonibus terga testatus est ostendisse. Ob hanc g causam turri i refugiū redificauat. ut rebelli poplo resiste potuisset. sic pdictū est i illū insurrexissent.

Cassibellaunus aū scdo triumphū adeptus maximo gaudio fluctuans. edictū fecit ut oms pceres britannie i urbe trinouantū cū uxorib; suis conuenirent. debitas sollemnitates patriis diis celebraturi. q de tanto impatore uictoriā sibi concesserant. Cūq; oms ppostita mora aduenissent. diuersa sacrificia facientes occisioni pecudium indulserunt. Litauerunt ibi. xl. milia uaccarū. 7 Centum milia ouium. diuersorumq; generū uolatilia. q leuiter sub numero n cadebant. Preterea. xxx. milia siluestrium ferarum. cuiusq; generis collectarū. Mox cū diis suis honores fecissent. refecerunt se re siduis epulis ut in sacrificiis fieri solebat. Exin quod diei 7 noctis restabat. diuersos ludos cōponentes preterierunt. Ludentib; g ipsis. contigit inclitos iuuenes quorum unus nepos erat regis. alter ū androgei ducis. pariter in palestra contendere. 7 ob dubiā uictoriam litigare. Erat nom nepotis regis hirelglas. alteri ū Eueliñ. Qui ut mutua conuicia adinuicē intulisset. arripuit eueliñ gladiū. nepotiq; regis caput amputauit. Quo interfecto. pturbata est curia. 7 rumor ad cassibellaunū uolauit. Commotus g sup casu amici sui Cassibellaunus. androgeo pcepit. ut Eueliñ in curiā corā psencia sua adduceret. adductusq; q; psto eet sentenciam quam pceres dictarent subire. ne hirelglas inultus pmaneret. si iniuste interfectus fuisset. Cūq; animū regis dubitasset androgeus. respondit sese curiā suam hre. 7 in illam diffiniri debere quicquid aliquis in hoies suos clamaret. Si g rectitudinē de Euelino decreuisset appetere. ipsā scdm t ex uetum trdicone i urbe trinouantū recepisset. Cassibellaunus itaq; cū affectui suo satisfactionē nequisset ingerere. cōminatus est androgeo. testans se ferro 7 flāma puinciā suā populaturum. n peticioni sue acqesceret. Indignatus g androgeus. distulit peticioni ei parere. Indignatus aū Cassibellaunus. accelerauit puincias ipsius uastare. At androgeus cotidie p cognatos 7 notos regē adibat. petebatq; ut desisteret cepto ire. Et cū furorē ei nullatenus mitigare quisset. diuersas meditaciones inuicit ut meditaret quomodo ei resiste ualuisset. Denique ab oī alia spe decidens auxiliū cesaris petere decreuit. litterasq; suas ei i hanc sentenciā direxit.

Gaio Julio Cesari. androgeus dux trinouantū. p optatā mortē optandam salutē. Penitet me aduersū te egisse. dū plia cū rege nro committeres. Si eni me a talib; ausis abstinuissem. deuicisses. Cassibellaunus q p triumphū suū tanta irrepsit supbia. ut me p quē triumphauit. a finib; meis exter

inminare conatur. Ego enim sedo in regno
vestrum: ipse me destruere affectat.
Me etenim contra te pugnante: omnia ista
largitus sum. Numina celorum testor
me non promeruisse iram eius. nec promereri
dicar. quia diffugio nepotem meum
tradere. quem iniusta nece dampnare
adoptat. Quod ut manifestius discre
tioni tue liqueat: causam rei audi
te. Contigat nos ob leticiam triumphi
nostri sollempnitates patriis diis celebras
se. In quibus cumque agenda esset peregisse
mus sacrificia: iuventus nostra ludos
mutuos componebat. Inter ceteros inie
runt duo nepotes nostri palestram. ex
emplo aliorum conducti. Cumque meus
triumphasset: succensus est alter iniuste
ira. festinavitque illum percutere. At il
le vitato ictu: cepit illum per pug
num quo gladium tenebat. volens eum
eripere. Interea cecidit nepos regis super
98 mucronem. confossusque morti subia
cuit. Id itaque cum regi nunciatum esset:
precepit mihi tradere puerum meum. ut pro
homicidio supplicio plecteretur.
Cui cum contradixissem: venit cum omni
multitudine sua in provincias meas.
gravissimam inferens inquietudinem. Vnde
misericordiam tuam implorans auxilium
a te peto. ut ego per te dignitati
mee restituar. et tu per me britan
niam potiaris. De hoc autem nichil in me
hesitaveris. quia omnis abest prodicio.
Ea enim condicione moventur mor
tales. ut post inimicicias amici fiant.
et post fugam ad triumphum accedant.

His igitur inspectis consilium habuit
Julius cum familiaribus suis. ne
verbis solummodo ducis invitatus britanniam
adiret. nisi tales dirigerentur obsides.
quibus securius applicare quivisset. Nec
mora misit ei androgeus scevam
filium suum. et xxx. obsides. nobiles
iuvenes. ex cognatione sua propin
quos. Datis igitur obsidibus securus factus
est Cesar. revocatisque catervis cum in
stante vento in rutupi portu appli
cuit. Interea obsidere incipiebat cassi
bellaunus urbem trinovantum. et villas
provinciales vastare. Sed cum adventum
iulii comperisset: deseruit obsidionem.
et imperatori obviare festinavit. Vt
igitur in vallem prope doroberniam intravit:
aspexit in eadem romanorum exerci
tum. castra. et tentoria ponentem.

Adduxerat enim eos androgeus ibidem:
ut illic occultum impetum urbi ingere
rent. Nec mora adtinentes roma
ni britones supervenire: armaverunt
se ocius. militesque suos per catervas statue 99
runt. Ex alia parte in armis indu
untur britones: et sese per turmas con
sociant. At androgeus cum quinque mi
libus armatorum in prope sito nemore de
lituit: in auxilium cesari occurreret.
ut furtivam et inpinsam irruptio
nem Cassibellauno conferens suis fa
ceret. Vt itaque hinc et inde convenerunt:
non distulerunt mortalia tela emittere.
nec letiferos ictus ingeminare. Con
currunt adverse caterve: et multum cruo
ris diffundunt. Concidunt in utraque parte
vulnerati: quemadmodum folia arborum in
autumpno. Illis igitur congredientibus egreditur
androgeus ex nemore: et aciem Cassibel
launi ex qua totum bellum pendebat
a tergo invadit. Mox illa in una par
te irruptione romanorum paulo ante
vastata. in alia nunc a conciuibus suis op
pressa: nequivit stacionem facere. Vnde dis
sipatis sociis: arrepta fuga campum de
seruit. Astabat prope quidam mons in cacu
mine saxosus. densum corilectum habens.
Ad illum confugit Cassibellaunus cum suis:
postquam in debiliore parte ceciderat. Sum
mitatem quoque eius nactus. sese viriliter defen
debat: et insequentes hostes nece affi
ciebat. Insecuta namque fuerant illum
romani: et androgei caterve fugien
tes turmas eius lacerantes. Montemque ascen
dentes crebros impetus faciebant:
nec prevalebant. Saxa etenim montis
eiusque cacuminis arduitas. britoni
bus defensio erat. ita ut a summo oc
currentes hostibus stragem darent. Ob
sedit itaque Cesar montem illum tota noc
te que iam superveniebat. omnes exitus re
precludens. Affectabat namque regem fame
cogere: quem armis nequibat. O admi
rabile tunc genus britonum qui ipsum
bis in fugam propulerunt. qui totum
orbem sibi submiserat. Cui totus mun
dus nequit resistere: illi et fugati re
sistunt. parati pro patria et libertate mor
tem subire. Hinc ad laudem eorum cecinit
Lucanus de cesare. Territa quesitis osten
dit terga britannis. Emenso iam
die secundo cum non haberet Cassibellaunus quod
comederet: timuit ne fame caperetur.
cesarisque carcerem subiret. Mandavit

namque Androgeo ut sese cum Iulio pacificaret: ne dignitas gentis ex qua natus fuerat capto ipso deleretur. Mandauit etiam ei sese non permisisse ut mortem ei optaret: quamuis ei inquietudinem fecisset. Cumque hec retulissent nuntii Androgeo: ait Androgeus. Non est diligendus princeps. qui in bello est mitis ut agnus. in pace ferus ut leo. Deus celi et terre. orat me dominus meus nunc. qui prius imperabat: Pacificari nunc cesari et subiectionem facere desiderat. cui pacem prius desiderauerat cesar. Iam animaduertere debuerat illum per quem tantum imperatorem de regno suo pepulerat: posse ipsum iterum restituere. Non eram igitur iniuste tractandus: qui tunc illud obsequium. nunc istud inferre poteram. Insipientia obducitur: qui commilitones quibus triumphat iniuriis uel contumeliis infestat. Non enim est ulli ducis uictoria: sed illorum qui pro eo sanguinem suum pugnando diffundunt. Tamen pacificabo eum si potero: quia iniuria quam michi intulit. satis uindicata est in illo. cum misericordiam meam implorat.

X. 101 Iulius qui coactus per Androgeum pacificatur cum Cassibellauno imposito sibi tributo trium milium librarum.

Post hec festinauit Androgeus ad Iulium. amplexusque illi genua. eum in hunc affatus est sermonem. Ecce satis uindicasti te in Cassibellaunum. misericordiam de illo habe. Quid amplius agendum est quam ut subiectionem faciens uectigal romane dignitati reddat? Cumque nichil respondisset Cesar: ait iterum Androgeus. Hoc solum pactus sum tecum cesar: ut solummodo submisso Cassibellauno. Britanniam tibi subdere laborarem. Ecce uictus est Cassibellaunus. et britannia tibi auxilio meo subdita. Quid ultra tibi debeo? Nolit creator omnium ut dominum meum misericordiam meam orantem. rectumque michi de illata iniuria offerentem patiar umquam ut in uinculis uinciri. Non leue est interficere Cassibellaunum me uiuente: cui auxilium meum reddere non erubescam. nisi consilio meo parueris. Timore igitur Androgei mitigatus Iulius. cepit a Cassibellauno concordiam. cum uectigali singulis annis reddendo. Erat uectigal quod spopondit .iii. milia librarum argenti. Exin amici facti sunt ad inuicem Iulius et Cassibellaunus. mutua donaria alter alteri dederunt. Deinde hyemauit Cesar in britannia.

102

redeunte uere in gallias transfretauit. Succedente postmodum tempore collectis undique ex omni gente militibus. romam contra pompeium perexit.

XI De morte Cassibellauni [illegible]

Cumque postmodum septem anni preterissent: defunctus est Cassibellaunus. et in eboraco sepultus. Cui successit Tenuantius dux cornubie frater androgei. nam androgeus romam cum cesare profectus fuerat. Diademate igitur insignitus Tenuantius regnum cum diligentia obtinuit. Erat ipse bellicosus uir. et qui uigorem iusticie colebat. Post illum promotus est ad culmen regale Kimbelinus filius eius. miles strenuus. quem augustus cesar nutrierat. et armis decorauerat. Hic in tantam amiciciam romanorum inciderat. ut cum posset tributum eorum detinere gratis impendebat. In diebus illis natus est dominus noster ihesus christus. cuius precioso sanguine humanum genus redemptum est quod ante actis temporibus demonum catena obligabatur.

XII

Kymbelinus igitur cum britanniam decem annis gubernasset: genuit duos filios. quorum primogenito nomen erat Guider. alteri Aruiragus. Deinde expletis uite sue diebus. cessit regni gubernaculum Guidio. Cum igitur tributum quod appetebant romanis denegaret: superuenit Claudius qui in imperium subrogatus fuerat. Aderat secum princeps milicie sue nomine Lelius hamo. cuius consilio prelia que gerenda erant tractabantur. Hic itaque ut in ciuitate porcestria applicuit. cepit portas eius muro precludere. exitum ciuibus abnegare. Cupiebat namque ipsos fame affectos ut deditioni compellere. uel sic olentia interire.

103

XIII

Diuulgato Claudii Cesaris aduentu: collegit Guidius omnem armatum militem regni. et romanum exercitum petiuit. Commisso deinde prelio acerrime cepit hostes inuadere. plus solus cum gladio suo quam maior pars exercitus sui perimens. Iam Claudius naues petebat. iam romani pene dissipabantur. cum uersutus hamo proiectis illis quibus indutus fuerat arma britannica cepit. et quasi britannus contra suos pugnabat. Deinde hortabatur britones ad insequendum festinatum triumphum promittens. Didicerat enim linguam eorum et mores. qui inter britannicos obsides rome nutritus fuerat.

De conflictu inter Claudium et Guiderium. De morte ipsius Guiderii et de fuga Romanorum faciente Aruirago fratre Guiderii. Item de Hamone ex quo Hamptona vocatur. qui interfecit [illegible] Guiderium.

104 Exin accessit ille iuxta regem paulatim. aditumque inuento: ipsum nichil tale timentem mucrone suffocauit. Elapsus deinde inter hostium cuneos sese cum nefanda uictoria inter suos recepit. At Aruiragus eidem frater ut ipsum peremptum inspexit confestim deposuit arma sua: armisque regis indutus hinc et inde Britones ad perstandum incitabat. quasi ipse Guiderius fuisset. Qui nescientes casum regis monitu eius resistebant. pugnabant. stragem non minimam inferebant. Ad ultimum dilabuntur Romani in duas partes: campum turpiter deserentes. Cesar itaque in una parte tutamina nauium petebat. Hamo autem nemora. quia non habebat spacium naues adeundi. Aruiragus ergo arbitrans Claudium cum eo diffugere. festinauit sequi eum. nec cessauit sequi eum de loco in locum. donec occupauit illos super ripam maris. que nunc de nomine eiusdem ipsius Hamonis Hamtonia nuncupatur. Erat ibi portus applicantibus congruus: nauesque mercatorum appulse. Quas ergo cum ingredi affectasset Hamo: superuenit ex inprouiso Aruiragus. ipsumque subito interfecit. Portus autem ille ab illo tempore usque in hodiernum diem: portus Hamonis appellatur.

Interea Claudius resociatis sociis oppugnabat predictam ciuitatem. que tunc Kaerperis nunc autem Porcestra uocatur. Hec mora menia eius diruit. ciuibusque subactis insecutus est Aruiragum. iam in Wintoniam ingressum. Postmodum obsedit ciuitatem: diuersisque machinationibus illam obprimere nitebatur. Aruiragus ergo ut sese obsessum inspexit. conuocauit cateruas suas: apertisque portis ad preliandum egressus est. Cum irruptionem facere affectasset: direxit Claudius nuntios suos ad ipsum. mandans. ut concordiam inirent. Propterea timebat regis audaciam Britonumque fortitudinem. preferebatque ipsos sensu et sapientia subiugare. quam dubium certamen inire. Mandabat ergo concordiam. daturumque promittebat sese filiam suam. si tamen regnum Britannie sub Romana potestate recognosceret. Postpositis ergo debellationibus suaserunt maiores natu Aruirago promissionibus Claudii adquiescere. Dicebant autem non esse ei dedecori subditum fuisse Romanis: cum totius orbis potirentur imperio. His et pluribus aliis mitigationibus paruit consiliis suorum: et subiectionem cesari fecit. Mox Claudius propter filiam suam Romam misit. et auxilio Aruiragi usus Orcadas et prouinciales insulas. potestati sue submisit.

106

XV De Gloucestria et eius nomine et nuptiis inter Aruiragum et filiam Claudii celebratis.

Emensa deinde hyeme redierunt legati cum filia: eamque patri tradiderunt. Erat nomen puelle Genuissa. eratque ei tanta pulcritudo. ut aspicientes in admirationem duceret. Et ut maritali lege copulata fuit: tanto feruore amoris succendit regem. ita ut ipsam solam cunctis rebus preferret. Vnde locum quo ei primo nupserat celebrem esse uolens suggessit Claudio ut edificarent in illo ciuitatem. que memoriam tantarum nuptiarum in futura tempora preberet. Paruit ergo Claudius. precepitque fieri ciuitatem (turbe). que de nomine suo Kaerglau. id est. Gloecestria nuncupata usque in hodiernum diem in confinio Demecie et Loegrie super ripam Sabrine posita est. Quidam uero dicunt ipsam traxisse nomen a Gloro duce. quem Claudius in illa generauerat. cui post Aruiragum gubernaculum Demetici ducatus cessit. Edificata ergo urbe ac pacificata insula rediit Claudius Romam. regimenque prouincialium insularum Aruirago permisit. Eodem tempore Petrus apostolus Antiochenam ecclesiam fundauit. Romamque deinde ueniens. tenuit ibidem episcopatum. misitque Marcum euangelistam in Egyptum predicare euangelium quod scripserat.

De Gloecest[ria]

107 XVI Quomodo Aruiragus rebellauit contra Romanos [illegible] Vespasianus ad pacificandum eum. qui [illegible] [illegible] [illegible].

At Aruiragus postquam Claudius discessit. cepit sensum et probitatem habere. cepitque ciuitates et oppida reedificare. populumque regni tanta iusticia cohercere. ita ut longe positis regibus timori esset. Hinc autem subsequente superbia despexit Romanos. nec senatui subiectionem tenere uoluit diutius. sed sibi omnia uindicauit. Quo audito missus est Vespasianus a Claudio. ut Aruiragum uel pacificaret. uel Romane subiectioni restitueret. Cum ergo in Rutupi portu applicuisset Vespasianus: obuiauit ei Aruiragus. prohibuitque ne portum ingrederetur. Tantam namque multitudinem armatorum secum adduxerat: ita ut Romanis terrori esset. nec ob eius irruptionem terram adire auderent. Retraxit itaque se Vespasianus a portu illo. retortisque uelis in Totonesio litore applicuit. Nactus deinde tellurem Kaerpenhuelgoit que Exonia uocatur obsessurus eandem adiuit. Cumque eam septem diebus obsedisset: superuenit Arui-

De pace inita inter Claudium et Aruiragum qui duxit filiam Claudii et cognouit Britanniam subiectam esse Rome.

ragus cum exercitu suo, pluribusque commissis.
Die illa valde lacerati fuit utrorumque ex
ercitus. sed neutrorum potitus est victoria.
Mane autem facto, mediante Genuissa 110
regina, concordes effecti sunt duces: com
militonesque suos in Hyberniam legaverunt.
108 Hyeme vero emensa, rediit Vespasianus
Romam. et Arviragus in Britannia reman
sit. Deinde in senectutem vergens, cepit dili
gere senatum. regnumque suum cum pace et tran
quillitate tractare. leges veteres tradicionis
confirmare. novas vero invenire. maxima
donaria cuique probo inpendens. Fama igitur
per totam Europam divulgata, diligebant
eum Romani et timebant. ita ut pre omnibus
regibus sermo de eo apud Romam fieret.
Unde Iuvenalis cecum quendam Neroni dixis
se in libro suo commemorat: cum de cap
to rumbo loqueretur. Ingens. Regem ali
quem capies. aut de themone Britan
no decidet. Arviragus. Nullus in bello fu
it. nullus in pace mitior. nullus iocco
sior. nullus in dandis muneribus profusior.
At ut dies vite sue explevit: sepul
tus est Claudiocestre. in quodam templo
quod in honore Claudii dicaverat.

Mario filio Arviragi qui in [illegible] Rodric [illegible] Cathenesia [illegible]

Successit ei filius suus in regnum
suum. Marius. vir mire pru
dentie et sapientie. Regnante
postmodum illo, quidam rex Pictorum nomine
Rodric de Scithia cum magna classe ve
niens applicuit in aquilonarem partem Bri
tannie. que Albania nuncupatur.
109 cepitque provinciam illam vastare. Collec
to igitur populo suo petivit illum Marius.
illatisque preliis ipsum interfecit, et victoria
potitus est. Deinde erexit lapidem in signum
triumphi sui. in provincia que postea de nomine
suo Westmaria dicta fuit. in quo inscrip
tus titulus memoriam eius usque usque in hodi
ernum diem testatur. Perempto vero Rodric, de
dit devicto populo qui cum eo venerat par
tem Albanie ad inhabitandum. que Kata
nesia nuncupatur. Erat autem deserta,
nullo habitatore multis diebus inculta.
Cumque uxores non haberent, filias et cogna
tas Britonum ab illis petentes, dedignati sunt
Britones huiusmodi populo natas suas mari
tare. At illi ut passi fuerunt repulsam,
transfretaverunt in Hyberniam. duxeruntque
ex patria illa uxores. ex quibus creata
sobole multitudinem suam auxerunt.
Sed hec hactenus cum non proposuerim tractare
hystoriam eorum sive Scotorum. qui ex illis
et Hybernensibus originem duxerunt. At
Marius cum totam insulam summa pace compo
suisset: cepit amorem cum romano populo
habere. tributa solvens que exigebantur ab illo.
Exemplo etiam patris incitatus, iusticiam
et pacem. leges. et omnia honesta per regnum suum
exercebat.

Cum autem cursum vite sue complesset.
filius suus vocabulo Coillus regni
gubernaculum suscepit. Hic ab infan
cia Rome nutritus fuerat. moresque Roma
norum edoctus in maximam amiciciam ip
sorum inciderat. Sed et ipse tributum redde
bat eis: adversari diffugiens. Quippe vi
debat totum mundum subditum illis. eorum po
testatem quamque pagos, quamque provinciam
superare. Solvens igitur quod exigebatur: in pa
ce quod possidebat obtinuit. Nullus in regi
bus maiorem reverentiam nobilibus reg
ni prestabat. qui ipsos aut in pace manere
permittebat: aut assiduis donariis mu
nerabat.

Natus est ei unicus filius. cui nomen erat
Lucius. Qui cum defuncto patre regni
diademate insignitus fuisset: omnes
actus bonitatis illius imitabatur. ita ut ip
se Coillus a cunctis censeretur. Exitum quoque su
um preferre volens principio: epistolas
suas Eleutherio pape direxit. petens ut
christianitatem reciperet ab eo. Serenaverant
autem mentem eius miracula que tyrones Christi per
diversas nationes faciebant. Unde in amo
rem vere fidei anhelans, pie peticionis
affectum consecutus est. Siquidem beatus ponti
fex comperta eius devotione: duos religio
sos doctores, Faganum et Duvianum mi 111
sit ad illum. qui verbi Dei incarnationem
predicantes, abluerunt ipsum baptisma
te sacro. et ad Christum converterunt. Nec
mora concurrentes undique nationum
populi exemplum regis insecuntur. eodemque la
vacro mundati celesti regno restitu
untur. Beati igitur doctores cum per totam fere
insulam paganismum delevissent,
templa que in honore plurimorum deorum fun
data erant. uni Deo eiusque sanctis dedica
verunt. diversisque cetibus ordinatorum re
pleverunt. Fuerant tunc in Britan
nia viginti et octo flamines. necnon
et tres archiflamines. quorum potesta
ti ceteri iudices morum atque phanatici
submittebantur. Hos etiam ex precepto apostolici
ab idolatria eripuerunt: et ubi erant
flamines episcopos. ubi archiflamines ar
chiepiscopos posuerunt. Sedes autem archi
flaminum in tribus nobilioribus civitatibus
fuerunt. Lundoniis videlicet. atque
Eboraco. et in urbe Legionum quam super
Oscam fluvium in Glamorgantia veteres
muri et edificia sita fuisse testantur.



His igitur ubi evacuata superstitione .xxviii. episcopi subduntur. Diuisis quoque parochiis subiacuit metropolitano Eboracensi Deira et Albania, quas magnum flumen Humbri a Loegria secernit. Lundoniensi vero metro-
112 politano submissa est Loegria et Cornubia. Has duas provincias seiungit Sabrina a Kambria, id est Walia, que urbi Legionum subiacuit.

Denique restauratis omnibus redierunt antistites Romam, et cuncta que fecerant a beatissimo papa confirmari impetraverunt. Confirmatione igitur facta reversi sunt in Britanniam cum pluribus aliis comitati, quorum doctrina gens Britonum in fide Christi ex quo venerunt in brevi corroborata fuit. Eorum nomina et actus in libro reperiuntur quem Gildas de victoria Aurelii Ambrosii descripsit. Quod autem ipse tam lucido tractatu paraverat, nullatenus opus fuit ut inferiori stilo renovaretur.

Interea Rex ille gloriosus Lucius cum infra regnum suum cultum vere fidei magnificatum esse vidisset, maximo gaudio fluctuans possessiones et territoria que prius templa idolorum possederant in meliorem usum vertens ipsa ecclesiis fidelium permanere concessit. Et quia maiorem honorem ipsis impendere debuerat, augmentavit illas amplioribus agris et mansis, omnique libertate sublimavit. Inter hec et ceteros propositi sui actus in urbe Claudiocestrie ab hac vita migravit, et in ecclesia prime sedis honorifice sepultus est. Anno ab incarnatione domini .c.l.vi. Caruerat namque sobole
113 que sibi succederet. Unde defuncto eo et discidium inter Britones ortum fuit et Romana potestas infirmata.

Cumque id Rome nunciatum fuisset, legaverunt senatus Severum senatorem, duasque legiones cum illo, ut patriam sue potestati restitueret. Mox ut appulsus fuit, prelium commisit cum Britonibus, partemque sibi submisit. Partem vero illam quam subiugare nequibat duris debellationibus infestare laboravit, ita ut eam trans Scotiam in Albaniam fugaret. At illa duce Fulgenio omni nisu resistebat, sepiusque stragem maximam et conciuibus et Romanis inferebat. Conducebat autem in auxilium sibi quoscumque insulanos populos inveniebat, et sic multociens cum victoria redibat. Irruptionem igitur eius graviter ferens imperator iussit construi vallum inter Deiram et Albaniam, ut impetum eius propius accedere prohiberet. Communicato igitur sumptu fecerunt illud a mari usque ad mare, quod multo tempore postea hostium accessus detinuit. At Fulgenius cum diutius Severo resistere ne-
114 quivisset, transfretavit in Sciciam ut Pictorum auxilio dignitati restitueretur. Cumque ibi omnem iuventutem patrie collegisset, reversus est cum maximo navigio in Britanniam, atque Eboracum obsedit. Quod cum per ceteras nationes divulgatum fuisset, maxima pars Britonum Severum deseruit, et Fulgenium adivit. Nec ob id ab inceptis suis destitit Severus, sed convocatis Romanis ceterisque Britonibus qui sibi adheserunt obsidionem petivit, et cum Fulgenio dimicavit. Sed cum pugnam acriter confecisset, interfectus est cum multis suorum, et Fulgenius letaliter vulneratus est. Exin sepultus est Eboraci, quam legiones eius obtinuerunt. Reliquit ille duos filios, Bassianum et Getam, quorum Geta Romana matre genitus erat, Bassianus vero Britannica. Defuncto igitur sublimaverunt Romani Getam in regem, faventes illi quia ex utraque parte Romanus erat. Quod abnegantes Britanni Bassianum elegerunt, quia materno sanguine ipsis iunctus erat. Prelium ergo commiserunt fratres, in qua pugna cum Geta interficitur, et Bassianus regno potitur.

Eo tempore fuerat in Britannia iuve- 115
nis quidam nomine Carausius, ex infima gente creatus. Qui cum probitatem suam in multis debellationibus examinasset, profectus est Romam, petivitque licentiam a senatu ut maritima Britannie ab incursione barbarica navigiis tueretur. Quod si sibi committeretur, promittebat se tot et tanta adepturum quibus rem publicam magis augmentaret quam si sibi regnum Britannie traderetur. Cumque senatum promissis suis illigasset, impetravit quod poposcerat, et cum sigillatis kartis in Britanniam rediit. Mox collatis navibus asciuit sibi magnam virtutem iuventutis patrie, et ingressus est mare, et circuivit omnia littora regni, et maximum tumultum per populum faciebat. Interea in comprovincialibus insulis appulsus, agros populando et civitates et urbes diruendo incolis omnia sua eripiebat. Sic igitur ipso agente confluebant ad eum quicumque in aliena anhelabant, ita ut in brevi tantum haberet exercitum quod nullus vicinus princeps resistere quivisset. Ob hoc itaque tumidum habens animum dixit Britonibus ut sese regem facerent, et ipse
116 eis interfectis atque exterminatis Romanis

Qualiter Carausius [illegible] Britanniam [illegible] in [illegible]

De Severo senatore. ~~[illegible]~~

De persecutione Diocletiani contra Christianos et de martiribus tunc passis in Britannia

nis totam insulam a barbara gente liberet. Ad quod cum impetrasset, dimicavit confestim cum Bassiano et interfecit eum et gubernaculum regni suscepit. Prodiderant enim Bassianum Picti quos dux Fulgentius matris sue frater in Britanniam conduxerat. Nam dum sibi auxiliari debuissent, promissis et donariis Carausii corrupti in ipso prelio diverterunt se a Bassiano et in commilitones suos irruerunt. Unde stupefacti ceteri cum ignorarent qui socii essent, qui hostes, ocius dilabuntur et victoria cessit Carausio. Qui ut triumphum habuit, dedit Pictis locum mansionis in Albania, ubi cum Britonibus mixti per subsequens evum permanserunt.

117

Cum ergo invasio Carausii Rome nuntiata fuisset, legavit senatus Allectum cum tribus legionibus ut tyrannum interficeret regnumque Britannie romane potestati restitueret. Nec mora postquam appulsus fuit, preliatus est cum Carausio ipsoque interfecto solium regni suscepit. Deinde maximam intulit cladem Britonibus qui relicta re publica societati Carausii adheserant. Britones autem hoc graviter tolerantes erexerunt in regem Asclepiodotum ducem Cornubie communique consilio facto persecuti sunt Allectum et ad prelium provocaverunt. Erat ipse tunc Lundoniis festumque patriis diis celebrabat. At cum adventum Asclepiodoti comperisset, relicto sacrificio egressus est cum omni fortitudine sua contra ipsum et acerrimam pugnam ingessit. Prevaluit autem Asclepiodotus, dissipavitque turmas suas atque in fugam coegit et usque insequendo multa milia et regem Allectum interfecit. Cum itaque sibi cessisset victoria, Livius Gallus Allecti collega residuos Romanorum convocavit in urbem clausisque ianuis turres et alias munitiones munivit. Cogitabatque sic Asclepiodoto resistere ut imminentem mortem evitare. At Asclepiodotus cum ita factum esse vidisset, obsedit ocius civitatem mandavitque omnibus Britannie ducibus quod Allectum cum multis milibus interfecerat obsidebatque Gallum et reliquos Romanorum infra Lundonias, unde quosque supplicando rogatu poscebat ut in auxilium sibi festinarent. Leviter enim exterminandum erat genus Romanorum ex Britannia si communi virtute illos inclusos invaderent. Ad edictum itaque ipsius venerunt Demeti et Venedoti, Deiri et Albani et quicumque ex genere Britonum fuerant.

Cumque omnes ante conspectum ducis convenissent, iussit machinationes innumeras fieri et menia civitatis prosternere. Paruit ilico quisque fortis et audax et urbem acerrime invaserunt. Nec mora diruerunt muros atque sibi introitum fecerunt stragemque Romanis dabant. At Romani cum sese trucidari sine intermissione vidissent, suaserunt Gallo sese et ipsos deditioni tradere et misericordiam Asclepiodoti rogare ut vivi abscedere sinerentur. Interfecti etenim fere omnes fuerunt preter unam solam legionem que adhuc integra resistebat. Assensum ergo prebens Gallus dedit se atque suos Asclepiodoto. Cumque ille misericordiam de illis habere captaret, venerunt Venedoti et facto agmine decollaverunt omnes una die super torrentem infra urbem qui postea de nomine ducis britannice Nantgallum, saxonice vero Gallabroc nuncupatus fuit.

Triumphatis itaque Romanis cepit Asclepiodotus regni diadema et capiti suo annuente populo imposuit. Exin tractavit patriam recta iusticia et pace .x. annis raptorumque seviciam atque latronum mucrones cohercuit. In diebus eius orta est Diocliciani imperatoris persecutio qua fere deleta fuit christianitas in insula que a tempore Lucii regis integra et intemerata permanserat. Supervenerat namque Maximianus Herculeus princeps milicie predicti tyranni, cuius imperio omnes subverse sunt ecclesie et cuncte sacre scripture que invente fuerant in mediis foris exuste atque electi sacerdotes cum fidelibus sibi commissis (subditis) trucidati, ita ut agmine denso certatim ad amena celorum regna quasi ad propriam sedem festinarent. Magnificavit ergo misericordiam suam nobis deus qui gratuito munere persecutionis tempore ne penitus crassa atre noctis caligine populus Britonum obfuscaretur clarissimas lampades martirum suorum ei accendit. Quorum nunc sepulture et passionum loca non minimum caritatis ardorem intuentium mentibus incuterent, si non lugubri barbarorum divortio civibus adempta fuissent. Inter ceteros utriusque sexus summa magnanimitate in acie Christi perstantes passus est Albanus Verolamius, Iulius quoque et Aaron urbis legionum cives. Quorum Albanus caritatis gratia fervens confessorem suum Amphibalum a persecutoribus insectatum et iam iamque comprehendendum prius in domo sua occuluit et deinde mutatis vestibus sese discrimini mortis obtulit, imitans in hoc Christum animam suam pro ovibus suis ponentem.

Quod Allectus missus a Roma deferat Carausium quem postea Asclepiodotus ... et expulit Romanos

Persecutio Diocleciani et Maximiani in Britannia

divine

Albanus martir

Ceteri autem diversa tormentorum genera perpessi inaudita membrorum discerptione lacerati: ad egregias ierusalem portas absque cunctamine cum martirii trophaeo convolarunt;

Interea in regem Asclepiodotum insurrexit Coel dux Kaercolui. id est. Colocestre. et conserto prelio peremit eum. regnique diademate sese insignivit. Cumque id senatui nuntiatum fuisset: gavisi sunt propter mortem regis qui per omnia romanam potestatem turbaverat. Recolentes quoque dampnum quod de amisso regno habuerant: legaverunt Constantium senatorem qui hyspaniam ipsis subdiderat. virum sapientem. audacem. et qui pre ceteris rem publicam augmentare laboraverat. Porro Coel dux britonum cum adventum ipsius comperisset: timuit ei prelia ingerere. quia fama ipsius asserebat nullum regem ipsi resistere posse. Ut ergo infra insulam Constantius applicuit: direxit legatos suos ad ipsum petivitque pacem. subiectionemque promisit. eo pacto. ut regnum britannie possideret. nichilque aliud preter solitum tributum romane dignitati solveret. Hoc ergo nuntiato acquievit ei. Constantius. pacemque receptis obsidibus confirmaverunt. Emenso deinde mense gravissima infirmitas occupavit Coel. ipsumque infra. viii. dies morte affecit. Quo defuncto insignivit se Constantius regni diademate. duxitque filiam Coel. cui nomen erat helena. Pulcritudo eius provinciales puellas superabat. nec uspiam reperiebatur altera. que in musicis instrumentis. sive in liberalibus artibus doctior illa censeretur. Caruerat pater alia sobole. que solio regni potiretur. unde eam ita docere laboraverat ut regnum post obitum suum facilius tractare quivisset. Cum ergo illam in societatem thori recepisset Constantius: generavit ex ea filium. vocavitque constantinum. Exin cum. xi. anni preterissent: ipse apud Eboracum morti subiacuit. regnumque filio donavit. Qui ut solio honoris potitus est: cepit infra paucos annos probitatem maximam habere. leoninam feritatem ostendere. iustitiam inter populos tenere. Latronum rapacitatem hebetabat. tyrannorum sevitiam conculcabat. pacem ubique renovare studebat.

Ea tempestate erat quidam tyrannus rome vocabulo Maxentius. qui quosque nobiles. quosque probissimos viros exheredare conabatur. pessimaque tyrannide rem publicam opprimebat. Invalescente ergo ipsius sevitia diffugiebant exterminati ad constantinum in britanniam. et ab ipso honorifice excipiebantur. Denique cum multi tales ad eum confluxissent: incitaverunt eum in odium adversus predictum tyrannum. et talia ei sepissime obiciebant. Quousque calamitatem nostram. et exilium nostrum patieris Constantine? Ut quid moraris nos in natale solum restituere? Tu solus es ex generatione nostra qui quod amisimus solus nobis reddere expulso vales Maxentio. Quis enim princeps regi britannie conferri queat. sive in fortitudine robustorum militum. sive in copia auri et argenti? Obsecramus te redde nobis possessiones nostras. redde nobis coniuges et liberos nostros. romam cum exercitu nobiscum petendo.

His ergo et aliis incitatus Constantinus adivit romam. subiugavitque illam sibi. et postmodum monarchiam totius mundi optinuit. Conduxerat secum tres avunculos helene. Joelinum videlicet et Trahern. necnon et Marium. ipsosque in senatorum ordinem promovit. Interea insurrexit Octovius dux Gewisseorum in proconsules romane dignitatis. quibus regimen insule commissum fuerat. et solio regni ipsis interfectis potitus est. Cumque id constantino nuntiatum fuisset: direxit Trahern avunculum helene cum. iii. legionibus. ut insulam romane dignitati restitueret. Appulsus itaque Trahern in littore iuxta urbem que vocatur britannice Kaerpis: impetum fecit in eam. atque infra. ii. dies cepit. Quo per universas nationes divulgato: rex Octovius omnem armatam manum totius insule collegit. venitque sibi obviam non longe a Wintonia in campo qui britannice maisuriam appellatur. ceptoque prelio. et victoria potitus est. Trahern itaque naves laceratis militibus adivit. ingressusque eas petivit albaniam equoreo itinere. et provincias vastare vacavit. Cumque id regi Octavio iterum nuntiatum fuisset. resociatis commilitonibus secutus est eum. et in provincia que Westmarialanda vocata fuit. dimicavit: sed sine victoria diffugit. At Trahern ut sibi victoriam cedere perspexit: insecutus est Octavium. nec eum quiete habere permisit donec illi urbes cum diademate eripuit. Octavius ergo propter amissum regnum anxius navigio Norguegiam petivit. ut auxilium a rege Gunberto acquireret. Interea familiaribus suis edictum fecerat. ut omni nisu elaborarent necem Trahern inimici. Comes ergo oppidi municipii qui ipsum pre ceteris diligebat.

Constantinus [illegible] Romam [illegible] Trahern [illegible] in insula pugnavit cum Octavio [illegible]

De Maximiano veniente in Britanniam ducturo filiam Octavii.

preceptis illius parere non distulit. Nam dum traheretur ex urbe Lundoniarum quadam die recederet, dilatus est cum centum militibus in quandam conualle nemorosa que ille consuetus erat, et impetum fecit in eum inopinum ac inter commilitones interfecit. Ad cum nunciatum esset Octauio, reuersus est in britanniam, et dissipatis romanis solium regni recuperauit. Exin tantam probitatem tantamque copiam auri et argenti in breui tempore nactus fuit, ita ut neminem timeret. Regnum autem britannie ab illo tempore usque in diebus Graciani et Valentiniani feliciter obtinuit.

Denique senio confectus disponere populo uolens consuluit a consiliariis suis quem post ipsius fata in regem de ipsius progenie erigere affectassent. Unicam tamen filiam habens filio caruerat, cui regimen patrie permitteret. Fuerunt itaque qui laudabant ut filiam suam alicui nobilium romanorum cum regno maritaret, ut firmiori pace fruerentur. Alii uero censebant Conanum meriadocum nepotem suum in regnum inueniandum, filiam uero alicui alterius regni principi cum auro et argento copulandam. Dum hec inter ipsos gererentur, accessit Caradocus dux Cornubie, consiliumque dedit ut Maximianum senatorem inuitarent, filiamque ei cum regno donarent, et sic perpetua pace fruerentur. Erat autem patre britannus, quia Joelinus de quo supra mentionem feceram, auunculus helene matris Constantini ipsum genuerat. Matre uero et natione romanus, ex utroque sanguine regalem preferebat procreationem. Iccirco ergo stabilitatem pacis promittebat, quia sciebat illum ex genere imperatorum et ex genere britonum ius in britannia habere. Cum ergo tale consilium dedisset dux cornubie, indignatus est Conanus nepos regis, qui omni nisu in regnum anelabat, totamque curiam propter talia turbauit. At Caradocus ceptis suis desistere nolens, misit Mauricium filium suum romam, ut ea Maximiano indicaret. Erat autem Mauricius pulcre stature, magneque probitatis atque audacie, et qui ea que iudicabat armis si contradictio fieret et duello probabat. Qui ut presentiam Maximiani adiuit, receptus est ab illo ut decebat, et super commilitones honoratus. Erat tunc maxima inquietudo inter ipsum Maximianum et duos imperatores Gracianum fratremque suum Valentinianum, quia passus fuerat repulsam de tercia parte regni quam petebat. Ut ergo Mauricius uidit Maximianum ab imperatoribus oppressum, eum in hec uerba affatus est: Ut quid Gracianum times Maximiane, cum tibi pateat uia qua ei imperium ualeas eripere? Veni mecum in britanniam insulam, et diadema regni possidebis. Octauius enim rex senio aggrauatus et langore, nichil aliud desiderat nisi ut aliquem talem inueniat cui regnum suum cum filia donet. Masculina namque prole caret, consiliumque a proceribus petiuit cui unicam filiam suam cum regno copularet. Et ut affectum peraperet, heroes decreuerunt ut tibi concederetur regnum et puella, direxeruntque me ad te ut id tibi notificarem. Si igitur mecum ueniens inceptum illud perpetraueris, copia auri et argenti britannie, multitudine et bellicosorum militum ibidem manentium Romam ualebis redire, expulsisque imperatoribus eam subiugare. Sic enim egit cognatus tuus Constantinus, pluresque reges nostri qui imperium ascenderant.

Adquiescens ergo uerbis eius Maximianus petiuit britanniam. Petendo subiugauit francorum urbes. Subiugando aurum et argentum coaceruabat. Milites sibi undique associabat. Postmodum oceanum mare ingressus in portum hamonis secundis uelis applicuit. Cumque id regi nunciatum fuisset, expauit stupore uehementi, existimans hostilem exercitum superuenisse. Vocato ergo Conano nepote suo, iussit eum colligere omnem armatum militem insule, atque in obuiam hostibus procedere. Collegit ilico itaque Conanus cunctam iuuentutem regni, uenitque ad portum ubi tentoria sua Maximianus erexerat. Qui ut aduentum tante multitudinis comperit, maximis angustiis cruciabatur, quia ignorabat quid faceret. Pauciori namque comitatus comitatu dubitabat et uirorum multitudinem et audaciam, quia de pace nullam spem habebat. Conuocatis ergo maioribus natu et Mauricio, dicere precepit quid contra talem euentum agendum fieret. Cui Mauricius: Non est nobis cum tot bellicosis militibus pugnandum, nec ea de causa uenimus ut britanniam prelio subiugaremus. Pax roganda est et hospitandi licentia, donec animum regis sciamus. Dicamus nos missos esse ab imperatoribus, eorundemque mandata Octauio deferre, et callidis uerbis populum istum mulceamus. Cum id omnibus placuisset, assumpsit secum .xii. canutos proceres sapientiores ceteris, et ramos oliue in dextris, ueneruntque Conano obuiam. Uidentes ergo britones uiros reuerende etatis et oliuam in signum pacis gestantes, assurgunt eis honorifice, et uiam patefaciunt ut ducem liberius adeant. Mox illi in presentia Conani meriadoci stantes, salutauerunt eum ex parte imperatorum et senatus. Dixeruntque Maximianum missum ad regem Octauium, ut mandata Graciani et Valentiniani eidem portaret. Ad hec Conanus: Ut quid ergo eum tanta sequitur multitudo? Non hec facies legatorum esse solet, immo superuenientium hostium qui iniuriam inferre meditantur. Tunc Mauricius: Non decebat tantum uirum inglorium sine

Quō filia Octauij rex cū a Maximiano
dignatur Conanus cū sua collecta
exercitu contra Maximianum.

cōmilitonib' incede : pſerā cū ppt romanā
nā poteſtatē ꝛ ꝓp act' auor ſuor plurib;
regib; odioſus habeat'. Nā ſi raro cōmi
tatu īcedet : fortaſſe ab inimicis rei pu
blice pimet'. Pace uenit. pacē petit. qd'
ex actu ſuo credi debeat. Ex q̄ nāq; appli
cuim' ſic noſmet ipſos habuim' : ut ne
mini īiuriā ītulim'. Expenſā nrām ut
gens pacis ferim'. qa neceſſaria emites
nich' ui cuiquam ſurripuim'. Cūq; he
ſitaſſet Conan' an pacē an ꝑliū cōmit
teret : acceſſit Caradoc' dux Cornubie.
cetiq; pcēs. ꝛ diſſuaſert Conano. ꝑ hāc
peticionē bellū īgerere. Q' licet dimica
re maluiſſet : depoſitis armis ɔceſſit
eis pacē. duxitq; Maximianū lundoni
as ad regē ꝛ rem ex ordine manifeſta
uit ;

Tunc Caradoc' dux Cornubie aſ
ſūpto ſec Mauricio filio ſuo. iuſ
ſit aſtantes ſemoueri : regēq; ī
hec ūba adiuit. Ecce qd' longo tēpore
deſidabat' q̄ fidelitati tue uerior affec
tu obedientiā ſeruāt. diſponēte deo ſuc
ceſſib; tuis acceſſit. ꝑcepas nāq; pcerib;
tuis ɔſiliū dare. q̄d de filia tua. q̄d de
tuo regno tibi agendū foret. cū tua etas
ī tantū his dieb; repugnet. ut tātum
poplm diuci gubnās. Alii itaq; cenſe
bant diadema conano nepoti tuo tra
dendū. filiāq; tuā alicubi digne mari
tandā : timentes ciuiū exterminationē
ſi alterius lingue pinceps ſupueniret. Alii
concedebant regnū filie. ꝛ alicui nr̄e
loq̄le nobili : q̄ t̄ ꝑ obitū ſuccederet. Ma
ior aūtē pars laudabat. ut ex gn̄e ī
patorꝝ mandaret' aliqs : cui nata cum
diademate donaret'. Pmittebāt enī
firmā ꝛ ſtabilē pacē inde pueniam :
cū romana poteſtas eos ꝓtegeret. Ecce
ergo t̄ dignat' eſt ſubuectare deus iu
uenē. iſtū ꝛ ex gn̄e romanorꝝ ꝛ ex rega
li pſapia brtonū creatū : cui filiā tuā
meo ɔſilio maritare n̄ differes. Quāq̄
aūtē id abnegares. q̄d iuris t̄ ɔt' illū
ī regnū britannie fieret : Conſtan
tini ꝛ enī ɔſanguineꝰ. ꝛ nepos Coel reg
nri. cui' filiā Helenā nequim' abnega
re : hēditario iure regnū iſtud poſſide.
Cūq; hec retuliſſet Caradoc' acquieuit
ei. Octouius : cōmuniq; ɔſenſu illato
regnū britannie cū filia ſua ei donauit.
Quod uidens Conan' meriadoc' īdignat' ē
ultra quā exprimi poteſt. ſeceſſitq; ī alba
niā. ꝛ exercitū collige uacauit. ut Maxi
mianū inq̄etaret. Multitudine ḡ ɔſocia
ta ꝑtāuit hūbri flum. q̄ſq; ꝓuincias ult'
ꝛ cit' depopulans. Qd cū maximiano nū
tiaret' : collecta tota fortitudine ſua feſti
nauit ei obuiā. ꝛ cū illo ꝑliat' ē. ꝛ cū uic
toria rediit. Nec tamē deficiebat Conan' :
ſ; reſociatis ite' catuis deſtructiōi ꝓuin
tiarū imminebat. Redibat ḡ Maximian' :
ꝛ cōmiſſis ꝑliis q̄nq; cū triūpho. quādoq;
ſupat' abibat. Demq; c̄ alt' alti dāpnum
maximū intuliſſet : concordiā amicen
tibus amicis fecerunt ;

Emenſo deinde quinquennio
ſupbiuit ſe Maximianus.
ꝓp infinitā copiā auri ꝛ ar
genti : que illi cotidie afflue
bat. parauitq; nauigiū maximū. om
nēq; armatū britannie militē collegit.
Non ſufficiebat regnū britānie. quin af
fectaret gallias ſubiugare. Vt ḡ tranſfre
tauit : adiuit ꝑmit' armoricū regnum
qd' nūc britannia dicit' : ꝛ poplm francorꝝ
qui inerat debellare cep̄. At franci du
ce Inbaltho obuiā uenientes. pugnā fe
cerunt cont' illū. ſ; ī maiori parte ꝑicli
tati fugā inierūt. Ceciderat nāq; dux In
balthus ꝛ q̄ndecī milia armatorꝝ qui
ex oī regno illo ɔuenerant. Vt ḡ tantā
cladē īgeſſit Maximian' maximo flu
ctuauit gaudio : q̄a intertu tot uirorꝝ
ſciebat patriā leuit' deinde ſubdendā.
Vocauit ḡ Conanū ad ſe ext' turmas. ꝛ
paulisꝑ ſubridens ait. Ecce unū ex po
tiorib; regnis gallie ſubiugauim'. ecce
ſpē ad cetera habē poſſum' : feſtinem' ur
bes ꝛ oppida capē : antequā rumor hui'
ꝑiculi ī ulteriorē galliā euolans uniū
ſos poplos ad arma puocet. Nā ſi iſtud
regnū habē poterim' : n̄ heſito q̄n totā
galliā poteſtati nr̄e ſubdem'. Ne pigeat
ḡ te regnū britānie ceſſiſſe m̄. licet poſ
ſidendi eā ſpē habuiſſes : q̄a q̄cq̄d ī illa
dimiſiſti t̄ ī hac patria reſtaurabo. ꝑmo
uebo ꝛ enī te ī regē regni hui' : ꝛ erit
h' altera britannia. ꝛ eā ex gn̄e nr̄o expul
ſis indigenis repleam'. Patria nāq; ferax
lis ē ſegetib; ꝛ flumina piſcoſa ſūt : ne
mora ꝑpulcra ꝛ ſalt' undiq; ameni.
nec ē uſpiā meo iudicio gratior tellus.
Ad hec inclinato capite ḡtes egit Co
nan' : ꝑmiſitq; ſe fidelē ī obſeq̄o ſuo
manſurū dū uiueret.

Poſt h' ɔuocatis catuis ierūt ro
donim : ipſāq; eodē die ceperunt.
Audita nāq; ſeuicia britonū pep
torꝝ ; caſū diffugerunt ciues cū feſtina
tione. mulierib; relictis atq; īfantibus.

Qualiter Maximianus obtinuit regnum armoricum. quod dedit Conano et uocatum Brittannia.

Audito aduentu Maximiani eē cū timore diffugiunt. q̄ omnes maſculos ... ...

Habito ɔſilio de Maximiano et Conano. q̄ poſtmodum pacificati.

De omnibus mulieribus collectis [illegible] ... et earum submersione ... a Wanio et Melga ... Britones ... in Britanniam.

Exemplo istorum fecerunt ceteri per urbes et oppida, ut facilis aditus Britonibus pateret. Qui ubicumque introibant, interficiebant quicquid erat masculini sexus, solis mulieribus parcentes. Postremo cum universas provincias penitus ab omni incola delevissent, muniverunt civitates et oppida militibus Britannie, et promontoria in diversis locis statuta. Sevicia igitur Maximiani per ceteras Galliarum provincias divulgata, timor nimius quosque duces, quosque principes invadebat, ita ut nullam aliam spem nisi votis solvendis haberent. Diffugiebant itaque ab omni pago ad civitates et oppida, et ad quecumque loca tutum prestabant refugium. Maximianus igitur sese timori esse comperiens, audaciam supplicio exercitumque suum profusis donariis augere festinat. Quoscumque etiam aliena captare callebat, associabat sibi, et nec auro nec argento ceterisque muneribus illum ditare diffugiebat.

Maximianus replet minorem Britanniam Britonibus, quos tempore suo de Britannia [illegible] ... Galliam et Romam.

Cum tantam multitudinem collegisset quantam estimabat sibi posse sufficere ad omnem Galliam subiugare, distulit tamen paulisper seviciam suam ulterius ingerere, donec sedato regno quod ceperat, ipsum Britannico populo replevisset. Fecit itaque edictum suum ut centum milia plebanorum in Britannia insula colligerentur, que ad eum venirent. Preterea xxx. milia militum, qui eos infra patriam qua mansuri erant ab hostili irruptione tuerentur. Cumque omnia perpetrasset, distribuit eos per universas Armorici regni nationes, fecitque alteram Britanniam, et eam Conano Meriadoco donavit. Ille vero cum ceteris commilitonibus suis ulteriorem Galliam adivit, gravissimisque preliis illatis subiugavit eam, necnon et totam Germaniam, in omni prelio victoria potitus. Tronum autem imperii sui apud Treveras statuens, ita debacchatus est in duos imperatores Gracianum atque Valentinianum, quod uno interempto alterum ex Roma fugavit.

Conanus volens suos [illegible] ... de Gallia misit in Britanniam pro mulieribus replendis [illegible].

Interea inquietabant Conanum Armoricosque Britones Galli et Aquitani, crebrisque irruptionibus sepissime infestabant. Quibus ipse resistens, mutuam cladem reddebat, et commissam patriam defendebat. Cumque sibi cessisset victoria, voluit commilitonibus suis coniuges dare, ut ex eis nascerentur heredes, qui illam terram perpetuo possiderent. Et ut nullam commixtionem cum Gallis facerent, decrevit ut ex Britannia insula mulieres venirent que ipsis maritarentur. Direxit igitur nuncios suos in Britanniam ad Dionotum regem Cornubie, qui fratri suo Caradoco in regnum successerat, ut curam huius rei susciperet. Erat ipse nobilis et prepotens, et cui Maximianus principatum insule commendaverat, dum ipse predictis negociis intenderet. Habebat etiam filiam mire pulchritudinis, cui nomen erat Ursula, quam Conanus super omnia adoptaverat.

De xi. milibus virginum

Dionotus igitur viso Conani nuncio, volens mandatis suis parere, collegit per diversas provincias filias nobilium numero xi. milia, de ceteris ex infima gente creatis lx. milia, et omnes infra urbem Lundonie convenire precepit. Naves quoque ex diversis litoribus iussit adduci, quibus ad predictos coniuges transfretarent. Et licet multis in tanto cetu placuisset, displicebat tamen pluribus, que maiori affectu et parentes et patriam diligebant. Nec deerant forsitan aliquae que castitatem nuptiis preferentes, maluissent in qualibet natione vitam amittere, quam hoc modo divitias exigere. Quippe diversis diversa iuvarent, si optatum suum ad effectum ducere quivissent. Parato igitur navigio, ingrediuntur mulieres naves, et per Tamensem fluvium maria petunt. Postremo cum vela versus Armoricanos direxissent, insurrexerunt contrarii venti in classem, et in brevi totam societatem dissipaverunt. Periclitabantur igitur naves infra maria in maiori parte submerse. Que vero tantum periculum evaserunt, appulse sunt in barbaras insulas, et ab ignota gente sive trucidate sive mancipate. Inciderant quidem in nefandum exercitum Wanii et Melge, qui iussu Graciani nationes maritimorum et Germanie dira clade opprimebant. Erat autem Wanius rex Hunorum, Melga vero Pictorum. Ipsos sibi asciverat Gracianus, miseratque in Germaniam, ut eos qui Maximiano faverent inquietarent. Per maritima igitur sevientes obviaverunt predictis puellis in partes illas appulsis. Inspicientes igitur earum pulchritudinem, lascivire cum eis voluerunt. Sed cum abnegassent puelle, irruerunt super eas, magnamque partem sine pietate trucidaverunt. Deinde nefandi duces Hunorum et Pictorum Wanius et Melga, qui parti Graciani et Valentiniani favebant, cum didicissent insulam Britannie ab omni armato vacuatam, iter festinatum versus illam direxerunt. Associatisque sibi collateralibus insulis in Albaniam applicuerunt. Agmine igitur facto invaserunt regnum quod rectore et defensore carebat, vulgus irrationabi

De sancta Ursula et sociis.

Caliburne [illegible] fullo [illegible]

mortiferum uulnus forsitan induxisset. Maurian
te quoque sanguine. cum arturus loricam et clipeum
rubere uidisset. ardentiori ira succensus
est. atque erecto totis uiribus caliburno. ip-
sum eum per galeam in caput fullonis. et in du
as partes dissecuit. Quo uulnere cecidit
fullo. tellurem calcaneis pulsans. et spiritum
in auras emisit. Cumque id per exercitum diuul
gatum fuisset. concurrerunt ciues. apertis ualuis
ciuitatem arturo tradiderunt. Qui deinde uic
toria potitus. diuisit exercitum suum in duo.
et unam partem hoelo duci commisit. precepitque
ei ut ad expugnandum Guitardum picta
uensem ducem iret. Ipse uero cum reliqua mul
titudine ceteras prouincias sibi subiugare
uacauit. Mox hoelus equitaniam ingressus.
urbes patrie inuasit Guitardumque pluribus
preliis angiatum deditioni coegit. Guasco
niam quoque ferro et flamma depopulans.
principes eius subiugauit. Emensis interim
ix. annis. cum totius gallie partes potesta
ti sue submisisset. uenit iterum arturus
parisius. tenuitque ibidem curiam. ubi conuoca
to clero et populo: statum regni pace et le
ge confirmauit. Tunc largitus est Beduero
pincerne suo estrusiam. que nunc normannia
dicitur. Kaioque dapifero: andegauensium
prouinciam. plures quoque alias prouincias nobili
bus uiris qui in obsequio ei fuerant. Deinde pa
cificatis quibusque ciuitatibus et populis: incipi
ente uere in britanniam reuersus est.

Largitur beduero [illegible] Kaio [illegible]

XII. Celebratur festum pentecostes [illegible]

Cum igitur sollempnitas pentecostes
aduenire inciperet. post tantum tri
umphum maxima leticia fluctuans
arturus. affectauit curiam ilico tenere.
regnique diadema capiti suo imponere. reges
etiam et duces. sibi subditos ad ipsam festiui
tatem conuocare. ut et illam uenerabiliter
celebraret. et inter proceres suos firmissimam
pacem renouaret. Indicato autem familia
ribus suis quod affectauerat: consilium cepit ut
in urbe legionum suum exequeretur propositum.
In Glamorgantia etenim super oscam fluuium
non longe a sabrino mari ameno situ lo
cata. pre ceteris ciuitatibus diuitiarum copiis ha
bundans. tante sollempnitati apta erat.
Ex una namque parte predictum nobile flumen
iuxta eam fluebat. per quod transmarini reges
et principes qui uenturi. nauigio aduehi poterant.
Ex alia uero parte pratis atque nemoribus ual
lata. regalibus precellebat palaciis. ita
ut aureis tectorum fastigiis romam imitare
tur. Duabus enim eminebat ecclesiis. quarum

Legio [illegible] Glamorgantia

una in honore iulii martiris erecta. uir
gineum deo dicatarum choro perpulchre orna
batur. Alia quidem in honore beati aaron eius
fundata. canonicorum conuentu subnixa: terciam
metropolitanam sedem britannie habebat. quod
astronomia et ceteris artibus erudita: cursus
stellarum diligenter obseruabant. et prodigia
eo tempore uentura regi arturo ueris argu
mentis predicebant. Tot igitur deliciarum copi
is preclara. festiuitati edicte disponitur.
Missis deinde in diuersa regna legatis. inui
tantur tam ex gallia. quam ex collateralibus in
sulis occeani. qui ad curiam uenire deberent.
Venerunt ergo Augusel rex albanie. que
nunc scotia dicitur. Vrian rex murefensium.
Cadwallo lauirh rex uenedotorum qui
nunc norwalenses dicuntur. Stater rex de
metorum id est sudwalensium. Cador rex cor
nubie. Trium etiam metropolitanarum sedium ar
chipresules. Lundoniensis uidelicet atque ebo
racensis. necnon ex urbe legionum dubricius.
Hic britannie primas et apostolice sedis legatus: tan
ta religione clarebat. ut quemque lango
re grauatum. orationibus suis sanaret. Venerunt
nobilium ciuitatum consules. Morued consul
claudiocestrie. Mauron Wigorniensis. Ana
raut salesbiriensis. Arthgal carguei
rensis. que nunc Warwic appellatur. Iugein
ex legecestria. Cursalem ex kaicestria.
Kinmare dux dorobernie. Vrbgenius ex ba
done. Jonathal dorchecestrensis. Boso
Ridochensis. id est oxinefordie. Preter consu
les uenerunt non minoris dignitatis hero
es. Donaut. Mappapo. Cheneus. Map
coil. Peredur. Maberidur. Grifud.
Mapnogoid. Regim Mapclaud. Edde
lein. Mapcledauc. Kincar. Mabbangan.
Kimmare. Gorbonian Malgoit. Clofaut.
Run mapeton. Kibelin. Mapetrunad.
Cathleus. Mapcatel. Kinlich. Mapneton.
Plures quoque alii. quorum nomina longum est enumera
re. Ex collateralibus etiam insulis. Gillamur rex
hibernie. Malualus rex hislandie. Dolda
uius rex godlandie. Gunuasius rex orcadum.
Loth rex norguegie. Aschillus rex da
corum. Ex transmarinis quoque partibus holdi
nus dux rutenorum. Leodegarius consul bo
lonie. Beduerus pincerna dux norman
nie. Borellus cenomannensis. Kaius dapi
fer dux andegauensium. Guitardus pic
tauensis. Duodecim quoque pares gallia
rum. quos Gerinus karnotensis conducebat.
Hoelus rex armaricorum armoricanorum

53l

At Arturus acriori ira accensus quoniam tot centena commilitonum suorum amiserat. in tertia die datis prius sepulture peremptis ciuitatem adiit. atque infra receptum nebulonem obsedit. Qui tamen receptis suis desistere nolens. sed ipsos qui ei adherebant pluribus modis animans. cum agminibus suis egreditur atque cum auunculo suo preliari disponit. Inito ergo certamine facta est maxima cedes in utraque parte que tandem magis in parte ipsius illata coegit eum campum opprobriose relinquere. Qui deinde non multum curans que sepultura peremptis suis fieret. citto remige fuge euectus uersus cornubiam iter arripuit. Arturus autem interna anxietate cruciatus. quoniam totiens euasisset confestim prosecutus est eum in predictam patriam usque ad fluuium camblam ubi ille aduentum eius expectabat. Porro modredus ut erat omnium audacissimus et semper ad inuadendum celerrimus. confestim milites suos per cateruas suas distribuit. affectans prius uincere aut mori quam predicto modo diutius diffugere. Remanserunt ei adhuc ex predicto numero sociorum suorum. lx. milia ex quibus fecit. vi. turmas. et in unaquaque posuit. vi. milia armatorum. et dc. et lx. vi. Preterea ubi secum unam turmam ex ceteris qui superfuerant. et unicuique aliarum ductoribus datis eam tutele sue permisit. Sic itaque distributis quemque eorum animabat promittens ceterorum possessiones eis si ad triumphum perstarent. Arturus quoque suum exercitum in aduersa parte statuit quem per nouem agmina diuisit. pedestria cum dextro et sinistro cornu quadrata. et unicuique presidibus commissis hortatur ut periuros et latrones interimant. qui monitu proditoris sui de exteris regionibus in insulam aduecti suos eis honores demere affectabant. Dicit etiam diuersos diuersorum regnorum barbaros imbelles atque belli usus ignaros esse. nullatenus ipsis uirtuosis uiris et pluribus debellationibus usis resistere posse. si audacter inuadere et uiriliter decertare affectarent. Ipsis itaque commilitones suos hinc et inde cohortantibus. subito impetu concurrunt acies. et commisso prelio crebros ictus innectere elaborant. Fiunt ilico in utrisque partibus tante strages tanti morientium gemitus. tanti inuadentium furores. quantos et dolorosum est describere. Vndique etenim uulnerabant et uulnerabantur. perimebant et perimebantur. Postquam autem multum diei in hunc modum duxerunt. irruit tandem arturus cum agmine uno quo. vi. milia et dc. et lx. vi. posuerat in turmam illam ubi modredum sciebat esse. et uiam gladiis aperiendo eam penetrauit. atque tristissimam cedem ingessit. Concidit namque proditor ille nefandus et multa milia secum. nec tamen ob casum eius diffugiunt ceteri. sed ex omni campo confluentes. quantum audacia dabatur resistere conantur. Committitur ergo dirissima pugna inter eos. qua omnes fere duces qui in ambabus partibus affuerant. cum suis cateruis corruerunt. Corruerunt etenim in parte modredi Chelric. Elaphius. Egbrictus. Brunningus. Saxones. Gillopatric. Gillamor. Gillasel. Gillaruuin. hibernenses. Scotti etiam et picti cum omnibus fere quorum dominabantur. In parte autem arturi. Odbrictus rex norguegie. Aschillus rex dacie. Cador limenic. Cassibellanus cum multis militibus suorum tam bri-

tonum et ceterarum gentium quas secum adduxerat. Sed et inclitus ille rex Arthurus letaliter vulneratus est, qui illinc ad sananda vulnera sua in insulam Avallonis evectus, Constantino cognato suo et filio Cadoris ducis Cornubie diadema Britannie concessit, anno ab incarnatione domini .d.xlii.

Illo igitur insignito insurrexerunt Saxones et .ii. filii Modredi nec in eum prevalere quiverunt. Sed post plurima bella diffugiendo unus Londonias, alter vero Wintoniam ingressus eas optinere ceperunt. Tunc defunctus est sanctus Daniel Bangornensis ecclesie religiosissimus antistes, et Theonus Gloucestrensis episcopus in archiepiscopum Londoniarum erigitur. Tunc obiit sanctissimus urbis Legionum archiepiscopus David in Menevia civitate infra abbatiam suam quam pre ceteris sue dioceseos monasteriis dilexerat, quia beatus Patricius qui nativitatem eius prophetaverat ipsam fundavit. Dum enim ibi apud confratres suos moram faceret, subito langore gravatus defunctus est, et iubente Malgone Venedotorum rege in eadem ecclesia sepultus. Pro eo ponitur in metropolitana sede Kinoc Lampaternensis ecclesie antistes, et ad altiorem dignitatem promovetur.

At Constantinus insecutus est Saxones et eos potestati sue subiugavit, et predictas civitates cepit, et alterum iuvenum Wintonie in ecclesiam sancti Amphibali diffugientem ante altare trucidavit. Alterum vero Londoniis in quorundam fratrum cenobio absconditum atque iuxta altare tandem inventum crudeli morte affecit. Exin tertio anno interfectus est a Conano, et iuxta Uterpendragon infra lapidum structuram sepultus fuit, que haud longe a Salesbiria mira arte composita Anglorum lingua Stanheng nuncupatur.

Cui successit Aurelius Conanus mire probitatis iuvenis et ipsius nepos, qui monarchiam totius insule tenens eiusdem diademate dignus esset, si non foret civilis belli amator. Avunculum etenim suum qui post Constantinum regnare debebat inquietavit atque in carcere posuit, eiusque duobus filiis peremptis optinuit regnum. Sed secundo regni sui anno defunctus est.

Cui successit Vortiporius, in quem insurrexerunt Saxones ducentes concives suos ex Germania maximo navigio. Sed ipse pluries cum eis dimicavit et superavit et monarchiam totius regni adeptus .iiii. annis cum pace et diligentia gubernavit. Cui successit Malgo omnium ducum Britannie pulcherrimus, multorum tirannorum depulsor, robustus armis, largior ceteris et ultra modum probitate clarus, nisi sodomitana peste volutatus sese deo invisum exhibuisset. Hic et totam insulam obtinuit, et .vi. provinciales occeani insulas, Hyberniam videlicet atque Hislandiam, Godlandiam, Orcades, Norwegiam, Daciam durissimis preliis adiecit sue potestati.

Cui successit Careticus amator civilium bellorum, invisus deo et Britonibus, cuius inconstantiam comperientes Saxones iverunt pro Gormundum regem Affricanorum in Hiberniam, in quam maximo navigio advectus gentem patrie subiugaverat. Exin proditione eorum cum .c.lx. milibus Affricanorum ad Britanniam transfretavit, quam in una parte mentita fide Saxones, in alia vero cives patrie civilia bella inter se assidue agentes penitus devastabant. Inito ergo federe cum Saxonibus oppugnavit Karecicum regem, et post plurima bella fugavit eum de civitate in civitatem, donec eum trusit in Cirencestriam et obsedit. Ubi Isembardus nepos Lodowici regis Francorum venit ad eum et cum eo fedus amicicie adiuvit, et Christianitatem suam tali pacto pro amore suo deseruit, ut auxilio suo regnum Gallie avunculo eripere valuisset, a quo ut aiebat vi et iniuste ut aiebat erat expulsus. Capta tandem predicta civitate et succensa, commisit pluries cum Karetico et fugavit eum ultra Sabrinam in Gualias. Mox depopulans agros ignem cumulavit in finitimas quasque civitates, qui non quievit accensus donec cunctam pene superficiem terre a mari usque ad mare exussit, ita ut cuncte colonie crebris arietibus omnesque coloni cum sacerdotibus ecclesie mucronibus undique micantibus ac flammis crepitantibus simul humi sternerentur. Diffugiebant ergo reliquie tantis cladibus affecte queque tuta

Marginal notes (right): Vortiporius rex contra Saxones. — Iste Malgo totam insulam [et] .vi. insulas. — De dissensione facienda Gormundo [...] Britannia adiutorio Saxonum [...] Britonibus fugientibus in Walliam. — Quanta mala rex Affrice fecit.

Marginal notes (left): Arthurus letaliter vulneratus [...] concessit regnum Constantino nepoti suo anno domini .d.xlii. — Constantinus [...] rex [...] Saxones. — Insequitur Saxones Constantinus. — De morte duorum filiorum Modredi. — De Stanhenge. — [...] — De Kinpetio et nequitia.

men ipsis cedentibus patebant. Quid ociosa gens pondere immanium scelerum oppressa. quid semper ciuilia prelia siciens tete domesticis in tantum debilitasti motibus qui cum prius longe posita regna potestati tue subdidisti, nunc uelut bona uinea degenerata in amaritudinem uersa. patriam coniuges. liberos. nequeas ab inimicis tueri? Age ergo. age. ciuile discidium parum intelligens euangelium illud. Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur. et domus supra domum cadet. Quia ergo regnum tuum in te diuisum fuit. quia furor ciuilis discordie et liuoris fumus mentem tuam hebetauit: quia superbia tua uni regi obedientiam ferre non permisit. cernis iccirco patriam tuam ab impiissimis paganis desolatam domos que eidem super domos ruentes quod posteri tui in futurum lugebunt. Videbunt enim barbarie leene catulos oppida. ciuitates. atque ceteras eorundem possessiones optinere. ex quibus misere expulsi. pristine dignitatis statum uel numquam uel uix recipabunt. Postquam autem ut predictum est: infaustus tyrannus cum innumerabilibus affricanorum militibus totam fere insulam uastauit. maiorem partem eius que loegria uocatur prebuit saxonibus quorum prodicione applicuerat. Secesserunt itaque britonum reliquie in occidentalibus regni partibus cornubiam uidelicet et gualias. unde crebras et ferales irruptiones incessanter hostibus fecerunt. Tres ergo archipresules theonus lundoniensis et thadiocus eboracensis cum omnes ecclesias sibi subditas usque ad humum destructas uidissent cum omnibus ordinatis qui in tanto discrimine superfuerant. diffugerunt ad tuta mina nemorum in gualiis cum reliquiis sanctorum timentes ne barbarorum irruptione delerentur. Tot et tantorum ueterum sacra ossa sub ipsa imminenti periculo desererent. et sese instanti martyrio offerrent. Plures etiam armoricanam britanniam nauigio petiuerunt. ita ut tota ecclesia duarum prouinciarum loegrie uidelicet et northanhumbrie a conuentibus suis desolaretur. Sed hec alias referam. cum librum de exulatione eorum transtulero.

Amiserunt deinde britones regni diadema multis temporibus et insule monarchiam: nec pristinam dignitatem recuperare nitebantur. immo partem illam patrie que ab eis adhuc remanserat. non uni regi. sed tribus tyrannis subditam ciuilibus preliis sepissime uastabant. Sed nec saxones diadema insule adhuc adepti sunt: qui tribus etiam regibus subditi quandoque et ipsis. quandoque britonibus inquietationem ingerebant. Interea missus est Augustinus a beato Gregorio papa in britanniam. ut anglis uerbum dei predicaret qui pagana superstitione cecati in illam insule partem quam habebant totam deleuerant christianitatem. In parte autem britonum adhuc uigebat christianitas que a tempore Eleutheri pape habita. numquam inter eos defecerat. Postquam ergo uenit Augustinus. inuenit in eorum prouincia .vii. episcopatus. et archiepiscopatum religiosissimis presulibus munitos. et abbatias quamplures. in quibus rex grex domini rectum ordinem tenebat. Inter ceteras erat in ciuitate Bangor quedam nobilissima in qua tantus fertur fuisse numerus monachorum: ut cum in .vii. portiones esset. cum prepositis sibi prioribus monasterium diuisum nulla harum portio minus quam .ccc. monachos haberet. qui omnes labore manuum suarum uiuebant. Abbas autem eorum Dinoot uocabatur. miro modo liberalibus eruditus. qui Augustino petenti episcopis britonum subiectionem. et suadenti ut secum genti anglorum communionem euuangelizandi laborem susciperet. diuersis argumentationibus ipsos ei nullam subiectionem debere. nec suam predicationem inimicis suis impendere. cum et suum archipresulem haberent. et gens saxonum patriam propriam eisdem auferre perstaret. Vnde eos summo habebant odio. fidemque et religionem eorum pro nichilo habebant. nec in aliquo anglis magis quam canibus communicabant. Edelbertus ergo rex cancie. ut uidit britones dedignantes subiectionem Augustino facere et eisdem predicationem suam spernere hoc grauissime ferens edelfridum regem northanhumbrorum et ceteros regulos saxonum instimulauit. ut collecto grandi exercitu in ciuitatem Bangor Dinoot et ceteros clericos qui eos despexerant perditum irent. Adquiescentes ergo consilio eius collegerunt mirabilem exercitum et prouinciam britonum petentes uenerunt legecestriam ubi brohmail aduentum eorum expectabat. Venerant autem ad eandem ciuitatem ex diuersis britonum prouinciis innumerabiles monachi et heremite. et maxime de ciuitate Bangor ut pro salute populi sui orarent. Collectis ergo undique exercitibus Edelfredus rex northanhumbrorum prelium iniuit cum Brohmail qui pauciori numero militum resistens ad ultimum relicta ciuitate. sed prius maxima strage hostibus illata: diffugit. At Edelfridus ciuitate capta cum intellexisset causam aduentus predictorum monachorum iussit in eos

primu arma tra . et sic . m . cc . eoz i ipsa die
martirio decorati regni celestis sede ad
epti sunt. Deinde cu pdictus saxonu ty
rannus Bangornensiu urbe peteret; au
dita ipsius insania . uenerunt undiq;
obuia illi duces britonu blederic uidel
dux cornubie . et margadud rex deme
taru . Caduan uenedotoz . et conserto plio :
ipsu uulneratu in fuga ppulerunt. s;
et tantu numeru exercitus ei peremerunt .
ita q . x . m . et lxvi . corruerunt. In
parte u britonu . cecidit blederic
dux cornubie . qui ducatu i eisdem
preliis ceteris pstabat;

Exin conuenerunt principes bri
tonu in ciuitate legecestrie
communiq; assensu habuerunt ut
Caduanu facerent sibi regem ipsoq;
duce edelfridu ultra humbru seque
rent. Insignitoq; illo regni diademate . undiq; confluentes humbru petie
runt . Cuq; id edelfrido nuntiatu
esset associauit sibi omis reges saxonu
obuiusq; Caduano preiuit. Deinde cum
cateruas suas in utraq; parte statuerent.
uenerunt amici eoz taliq; pacto pa
cem inter eos fecerunt . ut edelfrid trans
humbru . Caduan citra fluuiu britan
niam possideret. Cu aut conuentione sua
cu obsidib iureiurando confirmassent.
orta est tanta amicicia inter illos . ut
omnia sua communia hrent. Interea con
tigit ut expulsa ppria coniuge edelfrid
aliam duceret . expulsamq; tanto
hret odio ut ea ex regno northanhu
broz expelleret. Porro illa puerum i
utero hns rege Caduanu adiuit.
orans ut eius interuentione marito suo
reconciliaretur. Cuq; id ab edelfrido nul
latenus impetrari potuisset; remansit illa
i thalamo Caduani . donec dies partus
filiu que conceperat in mundu pduxit.
Natus est paulo post Caduano regi filius ex
regina sua . na et illa eode tepore gra
uida facta fuerat. Exhinc nutriti sunt pue
ri ut regiu genus decebat . quoz alter
uidelicet caduani . Caduallo nuncupatus .
Alius u Edwyn . Interea cu pgressior etas
ipsos i adolescentia pmouisset . mise
runt eos parentes ad Salomone
rege armonicanoz britonu ut in
domo sua documenta milicie ceteraq;
curialium consuetudines addiscerent. Ex
cepti itaq; diligenter ab eo in familia
ritate ipsius accede ceperunt ita ut
non esset alter etatis eoz in curia . qui
posset cum rege aut esse . aut secreti
aut loqui iocundius. Deniq; frequenter
ante illu in pluribus congressibus cu hostib fa
ciebant . uirtuteq; sua preclaris p
bitatib famosam agebant.

Succedente tande tempore de
functis parentib; in britanni
am reuersi sunt susceptoq; regni gu
bernaculo . eam amicicia qua pa
tres eoz prius exercere ceperunt. Emis
so deinde biennio : rogauit Cadual
lone ut sibi diadema hre liceret.
celebraretq; statutas sollempnita
tes in partib; nordhumbroz que
admodu ipse citra humbru antiq
more consueuerat. Cuq; inde iuxta
flumen duglas colloquium facere
incepissent. disponentib; sapientiori
bus ut melius fieri posset iacebat.
Caduallo i alia parte fluminis in
gremio cuiusda nepotis sui que Bria
nu appellabant . At du legati hinc
et inde mutua responsa deferrent
fleuit brianus . lacrimeq; ex eius
oculis manantes ita ceciderunt ut
faciem regis et barbam irrorarent.
Qui imbre cecidisse ratus . erexit
uultu suum uidens iuuene lacri
mantem . causam tam subite mesti
cie inquisiuit. Cui ille . Flendu michi
est gentiq; britannice ppetue que
a tempore Malgonis barbaroz ir
ruptione uexata non du adepta est
principe qui ea ad pristinam dig
nitatem reduceret . Adhuc u i tan
tillu id honoris qd ei remanebat . te
paciente minuitur. cum aduene saxo
nes qui semp pditores ei extiterunt
in uno cum illa regno diademate i
cipiant insigniri. Nomine enim re
gis elati famosiores p patria ex qua
uenerunt efficientur citiq; conciues
suos inuitare poterunt . qui gen
nostram exterminare insistent. Consue
uerunt namq; pditione semp facere .
nec ulli fide firma tenere . unde a
nobis opprimendos esse non exaltan
dos censere. Cu ipsos primo rex Vorte
girnus . retinuit sub umbra pacis re
manserunt . quasi p patria pugnaturi.

quia cum nequiciam suam manifestare quesierunt, malum pro bono reddentes, prodiderunt eum, regnumque populum seua clade affecerunt. Prodiderunt deinde Aurelium Ambrosium, cui post horribilia sacramenta una cum eo quiuantes uenenum potare dederunt. Prodiderunt deinde et Arcturum, quando cum Modredo nepote suo post posito iure quo obligati fuerant contra illum dimicauerunt. Postremo Karetico regi fidem mentientes Gormundum regem Affricanorum super ipsum conduxerunt, cuius inquietatione et patria ciuibus erepta est et praedictus rex indecenter expulsus.

Hec eo dicente penituit Caduallonem incepte pactionis, mandauitque Edwino quod nullatenus a consiliariis suis impetrare potuit ut permisissent eum petitioni illius adquiescere. Dicebant enim contra ius uetustamque traditionem esse insulam unius corone duobus coronatis submitti debere. Iratus igitur Edwinus dimisso colloquio secessit in Northanhumbrorum, dicens sese sine licentia Caduallonis regali diademate insigniendum. Quod cum Cadualloni indicatum esset, nuntiauit ei per legatos se amputaturum illi caput sub diademate, si infra regnum Britannie coronari presumeret.

Orta igitur discordia inter eos, cum utrorumque homines sese plurimis decertationibus inquietassent, conuenerunt ilico ultra Humbrum, factoque congressu amisit Caduallo multa milia, et in fugam uersus est. Arrepto quoque per Albaniam itinere Hiberniam insulam adiuit. At Edwinus ut triumpho potitus fuit, duxit exercitum suum per prouincias Britonum, combustisque ciuitatibus ciues et colonos plurimis tormentis affecit. Dum autem seuitie sue indulgeret, conabatur Caduallo semper patriam nauigio reuerti nec poterat, quia quocumque applicare incipiebat, obuiabat illi Edwinus cum multitudine sua introitumque auferebat. Venerat namque ad eum quidam sapientissimus augur ex Hispania uocabulo Pellitus, qui uolatus uolucrum cursusque stellarum edoctus praedicebat ei omnia infortunia que accidebant. Unde reditu Caduallonis notificato obuiabat ei Edwinus, nauesque suas illidebat ita ut submersis sociis eidem omnem portum abnegaret. Nesciens igitur Caduallo quid faceret, cum fere in desperationem reuertendi incidisset, tandem apud se deliberabat quod Salomonem regem Armoricanorum Britonum adiret, rogaretque illum auxilium et consilium quo in regnum suum reuerti quiuisset. Cumque uela uersus Armoricam dirigeret, ruunt ex impulso tempestates ualide, dispergunturque naues sociorum suorum, ita ut submersis nauibus in breui hora nulla cum alia remaneret. Inuasit ilico timor nimius rectorem nauis regis, qui relicto remige dispositioni fortune permisit. Ut igitur cum periculo mortis tota nocte inter obstantes undas nunc huc nunc illuc expulsa fuit, in sequenti aurora diei applicuerunt in quandam insulam que Garnareia nuncupatur. Ubi nacti sunt tellurem maximo labore. Occupauit continuo tantus dolor Caduallonem et ira ob amissionem sociorum suorum, ita ut tribus diebus et noctibus cibo uesci aspernabatur, ac in lecto infirmatus iaceret. Quarta deinde instante die cepit eum maxima cupiditas edendi ferinam carnem, uocatoque Briano indicauit quod concupiscebat. At ille sumpto arcu cum pharetra cepit ire per insulam ut si casus aliquam feram offerret escam illi ex ea adquireret. Cumque eam totam peragrasset nec id quod querebat repperisset, maximis cruciatus est angustiis, quia domini sui esurientis nequiret affectui. Timebat enim ne mors ipsius infirmitatem subsequeretur, si appetitum suum explere non ualuisset. Usus igitur noua arte scidit femur suum, et abstraxit inde frustum carnis sue, paratoque ueru torruit illud et ad regem pro uenatione portauit. Mox ille ferinam carnem existimans cepit ea uesci et sese reficere, admirans quod tantam dulcedinem in aliis carnibus non repperisset. Saciatus tandem hilarior factus est et leuior, ita ut post tres dies totus sanus fieret. Incumbente deinde congruo uento, armamenta nauis parant, erectoque uelo equoreum iter aggrediuntur, et in Kidaletam urbem applicuerunt. Deinde uenientes ad regem Salomonem suscep-

[rece]pti sunt ab illo benigne, et ut decebat uenerati. Et cum causam aduentus eorum didicisset, auxilium eis in hunc sermonem [promisit].

Dolendum nobis est egregii iuuenes patriam auorum uestrorum a barbara gente oppressam esse, et uos ignominiose expulsos. Et cum ceteri homines regna sua tueri queant, mirum est populum uestrum tam fecundam insulam amisisse, nec genti Anglorum quam pro uili habemus resistere posse. Cum gens huius mee Britannie una cum uestratibus in uestra Britannia cohabitaret, dominabatur omnium prouincialium regnorum, nec fuit uspiam populus preter Romanos qui eam subiugare quiuisset. Romani autem licet eam ad tempus subditam habuissent, amissis rectoribus suis ac interfectis, cum dedecore expulsi abscesserunt. Sed postquam Maximiano et Conano ducibus ad hanc uenerunt prouinciam, residui qui remanserunt numquam eam deinceps habuerunt gratiam, ut diadema regni continue haberent. Quamquam enim multi principes eorum antiquam patrum dignitatem seruarent, plures tamen debiliores populi uestri heredes succedebant, qui eam penitus inuadentibus hostibus amittebant. Unde debilitatem populi uestri doleo, cum ex eadem gente simus, et sic Britones nominemur, sicut et gens regni uestri, que patriam quam uidetis omnibus uicinis aduersantibus uiriliter tuetur.

Postquam his et aliis finem dicendi fecit, aliquantulum uerecundans Caduallo in hunc modum respondit. Grates multimodas tibi ago rex regibus attauis edite, quia auxilium mihi promittis ut regnum Britannie mihi subiugaueris. Hoc autem quod dicebas mirum esse gentem meam non seruasse auorum dignitatem postquam Britones ad has prouincias uenerunt, nequaquam admirandum censeo. Nobiliores namque totius regni predictos duces secuti fuerunt, et ignobiliores remanserunt, qui ipsorum potiti sunt honoribus. Qui cum uicem nobilium optinere cepissent, extulerunt se altius quam dignitas expetebat, et ob affluentiam diuitiarum superbire ceperunt, tali et tante fornicationi indulgere, qualis nec inter gentes audita est. Et ut Gildas hystoricus testatur, non solum hoc uitium sed et omnia que humane nature accidere solent, et precipue quod totius boni euertit statum, odium ueritatis cum assertoribus suis, amorque mendacii cum fabricatoribus suis, susceptio mali pro bono, ueneratio nequitie pro benignitate, exceptio Sathane pro angelo lucis. Ungebantur reges non propter Deum, sed qui ceteris crudeliores extiterant, et paulo post ab unctoribus non pro ueri examinatione trucidabantur, aliis electis trucioribus. Si quis uero eorum mitior et ueritati aliquatenus propior uideretur, in hunc quasi Britannie subuersorem omnium odia telaque torquebantur. Denique omnia que Deo displicebant et [que placebant] equali lance inter eos pendebant, si non gratiora fuissent displicentia. Itaque agebant cuncta que saluti contraria fuerant, ac si nichil medicine a uero omnium medico largiretur. Et non solum hoc seculares uiri, sed et ipse grex Domini eiusque pastores sine discretione faciebant. Non igitur admirandum est degeneres tales Deo ob talia scelera inuisos patriam illam amittere, quam predicto modo maculauerant. Volebat enim Deus uindictam ex ipsis sumere, dum externum populum superuenire passus est, qui eos patriis agris exterminaret. Dignum tamen esset si Deus permitteret ciues pristine dignitati restituere, ne generi nostro opprobrium sit nos debiles rectores fuisse, qui tempore nostro in id non desudauerimus. Idem etenim nobis attauus fuit. Unde securius auxilium tuum postulo. Malgo namque summus ille rex Britannie, qui post Arturum quartus regnauerat, duos genuit filios, quorum unus Ennianus, alter uero Run uocabatur. Ennianus autem genuit Belin, Belin Iagonem, Iago Caduanum patrem meum. Run uero qui post fratris obitum expulsus fuit inquietatione Saxonum, hanc prouinciam adiuit, deditque filiam suam Hoelo duci filio magni Hoeli qui cum Arturo patrias subiugauit. Ex illa natus est Alanus, ex Alano Hoelus pater tuus, qui dum uixit toti Gallie non minimum inferebat.

Interea hiemante illo apud Salomonem, inierunt consilium ut Brianus in Britanniam transfretaret, magumque Edwini regis aliquo modo periret, ne solita arte aduentum Caduallonis indicaret. Cumque in portu Hamonis applicuisset, finxit se inter uestimenta

De interfectione magi Edwini et obsidione Exonie [?] ... per Peandam.

cuidam pauperis pauperem fecitque sibi ferre
unum baculum et acutum. quo magum
interficeret. si illum casus obtulisset.
Deinde perrexit Eboracum. nam tunc Edwinus
in eadem urbe manebat. Ut igitur illam
ingressus est. associavit se pauperibus qui
ante ianuam regis elemosinam ex
pectabant. Eunte autem illo et rede
unte egressa est soror eius ex aula ha
bens pelvim quandam in manu ut aquam
regine asportaret. Illam rapuerat
Edwinus ex urbe Wigorniensium dum
post fugam Caduallonis
deseviret. Cum itaque ante Brianum
preteriret agnovit eam germano. et infle
tum solutus eam voce dimissa voca
vit. Ad vocem igitur illius faciem puella
vertens. dubitavit primo quis ille
esset. At ut propius accessit. agnito fratre
pene in extasi collapsa est. timens ne
aliquo infortunio notificatus ab hos
tibus caperetur. Postpositis igitur osculis et fami
liaribus verbis indicavit fratri quasi aliud
loquens statum curie. et magum quem que
rebat qui forte tunc inter pauperes de
ambulabat. dum elemosina eidem
distribueretur. Porro Brianus ut no
tam viri usus est. precepit sorori
nocte sequenti ex thalamis furtim
egredi. et ad se extra urbem iuxta quoddam
vetus templum venire. ubi ipse ad
ventum eius in crepidinibus loci expecta
ret. Deinde intromisit se infra turbam
pauperum in parte illa. ubi Pellitus
ipsos collocabat. Nec mora cum aditum
percuciendi habuisset. erecto burdone
quem supradixi infixitque magum sub pec
tore. atque eodem ictu interfecit. Mox
proiecto baculo delituit inter ceteros. nulli
astantium suspectus. et prefata latibula fa
vente deo petivit. At soror instan
te iam nocte pluribus modis egredi co
nata est. nec valuit quia Edwinus
ob necem Pelliti exterritus vigiles circa
curiam posuerat. qui quaque abdita
explorantes egressum ei abnegabant.
Cum id comperisset Brianus recessit ex loco
illo ivitque Exoniam. et convocatis brito
nibus ea que fecerat notificavit.
Missis preterea nunciis ad Caduallonem lega

tis. munivit urbem illam mandavitque
universis britonibus ut oppida sua et ci
vitates conservare insisterent. Letique
adventum Caduallonis expectarent.
qui in brevi auxilio Salomonis
fretus eis presidio veniret. hoc itaque
per totam insulam divulgato Pean
da rex merciorum cum maxima mul
titudine saxonum venit Exoniam
Brianumque obsedit.

Interea applicuit Cadwallo cum
.x. milibus militum quos ei rex Salo
mon commiserat. petivitque celeriter
obsidionem quam predictus dux tenebat.
Ut dum comminus perspexit divisit mi
lites suos. in .quatuor. turmas. hos
tesque suos adire non distulit. Con
serto deinde prelio. captus est Peanda et gra
vato. et exercitus eius peremptus. Cum ipse
alium aditum salutis non haberet subdidit
se Cadwalloni. deditque obsides promit
tens sese cum illo saxones inquietatu
rum. Triumphato itaque illo
convocavit Caduallo proceres suos
multo tempore dilapsos. petivitque
Northanhumbriam super Edwinum patriamque
vastare non cessavit. Quod cum Edwi
no relatum esset. associavit sibi omnes
regulos anglorum. et in campo qui Hed
feld appellatur obviam veniens. bel
lum cum britonibus commisit. Illato
ocius prelio interfectus est Edwinus et totus
fere populus quem habebat. necnon et filius
eius Offridus cum Godboldo rege Orca
dum qui eis in auxilium venerat.

Habita igitur victoria Caduallo uni
versas anglorum provincias peragrando.
ita debachatus est in saxones. ut nec
sexui quidem muliebri vel parvulorum
etati parceret. quin omne genus anglorum
ex finibus britannie abradere volens
quoscumque reperiebat inauditis tormen
tis afficiebat. Deinde commisit prelium
cum Osrico qui Edwino successe
rat. atque interemit illum. et duos ne
potes eius qui post illum regnare debue
rant. Sed et Cadanum regem scottorum qui
eis auxiliari advenerat.

His itaque interfectis successit Os
waldus in regnum Northan

Supplicans Cad. liberat obsidionem Exoniam et obsidet [illegible] Peandam [illegible] auxilio [illegible]

De [illegible] qui successit [illegible]

De victoria quam [illegible]

humbrie quem Caduallo post cedes inquietauit in prouinciam usque ad murum quem Seuerus imperator olim in britanniam scotiamque construxerat fugauit. Postea misso peandam merciorum et maximam partem sui exercitus ad eundem locum ut cum eo bellum conferret. At Oswaldus cum a predicto peanda in loco qui uocatur heuenfeld. id est celestis campus quadam nocte obsideretur erexit ibidem crucem domini et indixit commilitonibus suis ut suprema uoce in hec uerba clamarent. Flectamus genua omnes, et deum omnipotentem unum ac uerum in commune deprecemur. ut nos ab exercitu superbo britannici regis et eiusdem nefandi ducis peande defendat. Scit enim ipse quia iusta pro salute gentis nostre bella suscepimus. Fecerunt ergo omnes ut iusserat et sic incipiente diluculo in hostes progressi. iuxta meritum sue fidei uictoria potiti sunt. Quod ut Cadualloni nunciatum fuit. acri ira ignescens. collegit exercitum suum et sanctum regem Oswaldum insecutus est et commisso prelio in loco qui burne uocatur. irruit in illum peanda atque interfecit.

Perempto ergo Oswaldo cum multis milibus suorum. successit ei in regnum northanhimbrorum frater eius Oswi. qui multa donaria auri et argenti Cadualloni totam iam britanniam imperanti donans pacem eius adeptus est et sese sibi submisit. Nec mora insurrexerunt in eum alfridus filius eius et Oidwaldus filius fratris sui. sed prestare nequiuissent. Diffugerunt ad peandam regem merciorum. ipsum implorantes. ut collecto exercitu cum eis transhumbrum iret regi Oswi regnum suum auferre. At peanda timens pacem infringere. quam rex Caduallo per regnum britannie statuerat distulit sine licentia sua inquietationem incipere donec illum aliquo modo incitaret. ut uel ipse in Oswi regem insurgeret. uel sibi copiam congrediendi cum eo concederet. Quadam ergo sollemnitate penthecostes. cum rex Caduallo diadema britannie portando festum celebraret lundoniis et uniuersi anglorum reges preter Oswi solum necnon et britonum duces adessent. Adiuit peanda regem et quesiuit ab eo cur Oswi solus aberat. cum ceteri saxonum principes adessent. Cui cum Caduallo responderet ipsum infirmitatis causa deesse. Adiecit ipse dicens illum misisse pro saxones in germaniam ut fratrem suum Oswaldum in ipsos usque uindicaret. Adiecit etiam illum pacem regni infregisse. qui solus inter eos guerram inceperat. cum Elfridum et Oidwaldum fratris sui filium bellis inquietatos a patria propria expulisset. Petiuit quoque licentiam ut uel interficeret uel a regno fugaret.

Rex ergo in diuersas meditationes inductus familiares suos ad se uocauit. precepitque consulere quid super tali re autumarent. Conticentibusque ceteris Margadud rex demetarum inter ceteros dixit. Domine mi. cum omne genus anglorum te ex finibus britannie expulsurum proposuisti. cur a proposito tuo diuertens ipsos inter nos in pace manere pateris. Eia ergo permitte saltem ut ipsi inter semet ipsos ciuilem habeant discordiam. et mutuis cladibus affecti. a patria nostra exterminentur. Non est enim illi fides seruanda qui semper insidiatur. ut eum cui ea uersutis laqueis capiat. Saxones ergo ex quo primum patriam nostram ingressi sunt. semper insidiantes gentem nostram prodiderunt. Quam itaque fidem eis tenere debemus. Da ocius peande licentiam. ut in predictum Oswi insurgat. ut sic ciuili discordia inter illos exorta. alter alterum perimens. ab insula nostra deleantur.

His ergo et pluribus aliis dictis motus Caduallo peande licentiam dedit congrediendi cum Oswio. Qui deinde collecto innumerabili exercitu. preteriuit humbrum et prouincias eiusdem patrie uastando. predictum regem acriter cepit inquietare. At Oswi ad ultimum necessitate compulsus ei innumera regia ornamenta et maiora donaria quam credi potest. ut patriam suam uasta/

Consilium Caduallo ad concedendum licenciam peande congrediendi cum Oswyo.

De infestacione peande per Oswyum. [illegible] in [illegible] suorum.

Obitus Oswaldi

XII

re deſineret 7 ꝑtermiſſa inquietatio
ne quam inceperat domum rediret. Cumq;
ille ꝑtibus ſuis nullatenus ei aſſenſum
ꝑberet. rex ille ad diuinum reſpiciens
auxilium licet minore huius exer
citum inuit cum plui cum illo iuxta
fluuium Winued. 7 peanda nec non .4.
.xxx. ducibus pempis uictoriam ad
eptus est. Interfecto peanda. Wlfredus
filius eidem donante Cadwallone. ſuc
ceſſit ei in regnum. qui conciatis ſibi
Eba 7 edelbto merciorum ducib; rebella
uit aduerſus Oſwi. ſ; iubente Cadual
lone rege tandem pacem habuit cum
illo. Completis tandem .xlviij. annis
nobiliſſimus ille atq; potentiſſimus
Cadwallo rex britonum ſenio 7 infir
mitate grauatus .xv. kł decemb de h
ſeclo migrauit. Cuius corpus britones bal
ſamo 7 aromatibus conditum in quadam
enea ymagine ad menſuram ſtature
ſue fuſa mira arte poſuerunt. Imaginem
autem illam ſup eneum equum mire pul
critudinis armatam 7 ſup occidenta
lem portam lundoniarum erectam.
inſignum predicte uictorie 7 inter
rorem ſaxonib; ſtatuerunt. S; 7 ec
cleſiam ſubtus in honore sci Martini
edificauerunt in qua pro ipſo 7 fidelib;
defunctis diuina celebrarentur obſequia.

Suſcepto itaq; regni guberna
culum Cadualadrus filius ſuus
quem Beda Chedwaldam uocauit. 7 ini
tio mirabiliter 7 pacifice tractauit. At
cum .xij. annos poſt ſuſceptum diadema
ꝑtranſiſſet in infirmitatem cecidit. 7 ciui
le diſcidium inter britones ortum est.
Mater eius fuerat ſoror peande ex pa
tre tantum. matre uero diuerſa ex nobi
li genere Gewiſſeorum edita fuerat. Eam
memoratus rex Cadwallo poſt factam cum
fratre concordiam. in ſocietatem thori acce
pit. 7 Cadualadrum ex ea progenuit.

Quo ergo ut ceperam dicere langue
nte. diſcordia afficiuntur britones
7 opulentam patriam diſcidio deſtru
unt. Acceſſit quoque aliud infortunium
quia fames dira ac famoſiſſima in
ſipienti populo adheſit. ut tocius cibi
ſuſtentaclo queque uacuaretur prouincia

excepto uenatorie artis ſolatio. Quam uero
famem peſtifera mortis lues conſecuta eſt.
que in breui tantam populi multitu
dinem ſtrauit. quantam non poterant uiui
humare. Unde miſere reliquie patrie
factis agminibus diffugientes tranſma
rinas petebant regiones. cum ulula
tu magno ſub uelorum ſinib; hoc modo
cantantes. Dediſti nos deus tamquam oues
eſcarum. in gentib; diſperſiſti nos. Ipſe
etiam rex Cadualadrus cum nauigio miſe
rabili armoricam petens predictum
planctum hoc modo augebat. Ve nob
peccatorib; ob immania ſcelera nostra quibus
deum offendere nullatenus diffugimus dum peni
tentie ſpacium habebamus. Incumbit
ergo illi potestatis ultio. que nos a natali
ſolo exſtirpat. quos nec olim romani
nec deinde ſcotti. uel picti. nec ſaxones uer
ſute proditionis exterminare qui uerunt.
S; in uanum patriam ſup illos totiens re
cuperauimus. cum non fuit dei uoluntas.
ut in ea perpetue regnaremus. Ipſe uerus
iudex cum uidiſſet nos nullatenus a ſcele
ribus nostris ceſſare uelle. ac neminem
genus nostrum a regno expellere poſſe.
uolens corripere ſtultos. indignationem
ſuam direxit. qua propriam nationem
cateruatim deſerimus. Redite ergo roma
ni redite ſcotti. 7 picti. redite ambrones
ſaxones. ecce patet uobis britannia ira
dei deſerta. quam uos deſertam facere
nequiuiſtis. Non nos fortuna nostra expel
lit. ſ; ſummi regis potentia quam numquam
offendere diſtulimus.

Ergo inter hos 7 alios gemitus
in armoricano littore appulſus
fuit. uenit cum tota multitudine ſua
ad regem alanum Salomonis nepotem.
7 ab illo digne ſuſceptus eſt. Britannia
ergo cunctis ciuib; exceptis paucis quib;
in Gualarum partib; mors pepercerat de
ſolata. per .xi. annos britonib; horren
da fuit. Saxonib; quoq; eadem tem
peſtate ingrata. qui in illa ſine inter
miſſione moriebantur. Quorum reſidui
cum tam feralis lues ceſſauiſſet conuim
morem ſeruantes nunciauerunt conciui
bus ſuis in germaniam inſulam indige
na gente. facile eſſe ſubdendam ſi in illam

liber primus Willelmi monachi de malmesbiria.

40

1

Epistola Willelmi ad Robertum Comitem.

Domino venerabili et famoso comiti filio regis Rodberto: W. malmesbiriensis monachus salutem et si quid valent orationes. Virtus clarorum virorum illud vel maxime in se laudandum commendat, quod et longe positorum animos ad se diligendum invitat. Vulgus inferiores superiorum virtutes faciunt suas, dum earum adorant vestigia ad quas aspirare non valent exempla. Porro totum ad maiorum redundat gloriam, quod ipsi et bonum faciunt, et minores ad se amandum accendunt. Virtutem enim ergo duces si quid faciunt boni. Virtutem perfecto, si quid dignum memoria scribunt. Vestra industria nobis est incitamento, ut qui prelia vestra paci nostre impenditis, vos vicissim per labores nostros omni evo inclarescatis. Hinc est quod gesta regum anglorum que nuper edidi, vobis potissimum censeo spectanda credidi, domine comes venerabilis et multo amabilis. Nullum enim magis decet bonarum artium fautorem esse quam te, cui adhesit magnanimitas avi, munificentia patrui, prudentia patris. Quorum cum emulus industrie lineamentis representes, illud peculiare glorie tue facis quod litteris insistis. Quin adeo quod et noticia tua dignaris litteratos quos vel invidia fame vel tenuitas fortune fecit obscuros. Quanta natura indulgentia, quod quis probat in se ipso, non improbat in alio. Consentaneos ergo sibi mores expetunt in te litterati, quos etiam intellectu illius harmonie benignus aspicis, iocundus admittis, munificus dimittis. Hic plane tecum mutavit fortune amplitudo, non ut pene tantum bene facere posses quantum velles. Suscipe ergo virorum clarissime opus in quo te quasi ex speculo videas, dum intelliget tue serenitatis assensus, ante te summorum procerum imitatum facta quam audires nomina. Continentiam autem operis prologus primi libri exponit, quod si placuerit legere, materiam totam potius de compendio colligere. Illud autem vestra dignitate in prospectu velim, ut non mihi imputetur vitio, quod sepe per excessum alias quam in gesta pergat narratio. Volo etiam hoc opus generale multarum historiarum breviarium, quamvis a maiori parte vocaverim gesta regum anglorum. Explicit epistola.

Incipit prologus in libro .i. de gestis regum Anglorum

Res anglorum gestas beda vir maxime doctus et minime superbus ab adventu eorum in brittanniam usque ad suos dies plano et suavi sermone absolvit. Post eum non facile ut arbitror reperies qui hystoriis illius gentis latina oratione texendis animum dederit. Viderint alii si quid rerum earum vel iam invenerint vel posthac inventuri sint. Noster labor licet inquirendo sollicitudinem diu terere erubiat, frustra ad hoc tempus elucubravit opera. Sunt sane quedam vetustatis indicia, cronico more et patrio sermone per annos domini ordinata. Per hec oblivionis senium eluctari meruere quecumque post illum virum fluxere tempora. Nam de elwardo illustri et magnifico viro, qui cronica illa latine aggressus est digerere, prestat silere. Cuius mihi esset intentio animo, sin essent verba fastidio. Nec tamen nostram effugit conscientiam domnum edmerum sobria sermonis festivitate opus elucubratum, in quo a rege orsus edgaro usque ad Wilelmum primum raptim tempora perstrinxit. Et inde licentius evagatus usque ad obitum radulfi archiepiscopi diffusam et necessariam historiam studiosis exhibuit. Ita pretermissis a tempore bede ducentis et xx tribus annis, cursus iste nulla memoria dignatus est, absque litterarum patrocinio claudicat cursus temporum in medio. Unde mihi cum pro patrie caritate, tum pro adhortantium auctoritate, voluntati fuit interruptam temporum seriem sarcire, et exarata barbarice romano sale condire. Et ut res ordinatius procedat, aliqua ex his que sepe dictus beda dixit deflorabo, pauca perstringens, pluribus valefaciens. Procedat itaque primus libellus de anglorum gestis succinctus, ex quo brittanniam occupavere usque ad regem egbirhtum, qui varia sorte profligatis regulis insule pene totius nactus est monarchiam. Sed cum .iiii. ex anglis potentissima pullulaverint regna, cantuaritarum, West saxonum, northanhimbrorum, merciorum, que omnia singillatim si erit otium persequar, meditatum est prius de illo dicendum, quod et adoleverit maturius et aruit celerius. Quod perfecto fiet expeditius, si regna orientalium anglorum et orientalium saxonum post aliorum regum posuero, que et nostra cura et preterorum memoria parum putantur digna. Secundus liber ad adventum normannorum producet lineam regalium temporum. Tres reliqui in gestis trium regum insudabunt, his adiectis que diebus illorum alibi acciderint, et celebrem sui noticiam celebritate gestorum exigunt. Hoc itaque pollicebor, si conatui nostro divinus favor arriserit, et me preter scopulos naufragosi sermonis evexerit, ad quos elumbis dum tinnula et emendicata verba venatur miserabiliter impegit. Siquis vero ut ille ait, si quis hec quoque captus amore leget, sciat me nichil de retro actis preter coherentiam annorum pro vero pacisci. Fides dictorum penes auctores erit. Quicquid vero de recentioribus etatibus apposui, vel ipse vidi vel a viris fide dignis audivi. Ceterum utrimque in utrisque partem presentium non magnipendo iudicium, habiturus ut spero apud posteros post decessum

26

amoris et liuoris, sin non eloquentie titulum, saltem industrie testimonium. Explicit prologus libri primi.

Incipit liber primus.

Anno ab incarnatione domini quadringentesimo quadragesimo nono uenere Angli et Saxones Britanniam. Aduentus causa, licet usquequaque decantata, non ab re fuerit hic intexere. Et ut quod intendo clarius elucescat, altius ordiendum. Romani Britanniam per Iulium Cesarem in latias leges iurare compulsam magna dignatione coluere, ut et in annalibus legere et in ueterum edificiorum uestigiis est uidere. Ipsi et principes qui toti pene orbi imperarent, huc occupatis occasionibus libenter annauigare, hic euum solebant transigere. Denique Seuerus et Constantius imperatores amplissimi, ambo apud insulam diem functi et summo sunt honore funerati. Quorum Seuerus ob propulsandam ab incursatione barbarorum munienda, celebrem illam et uulgatissimam fossam de mari ad mare duxit. Constantius ut aiunt uir magne ciuilitatis Constantinum ex Helena stabularia susceptum egregie spei iuuenem reliquit heredem. Qui ab exercitu imperator consalutatus, expeditione in superiores terras inducta, magnam manum Brittannorum militum abduxit. Per quorum industriam triumphis ad uota fluentibus breui rerum potitus, emeritos et laboribus functos in quadam parte Gallie ad occidentem super litus oceani collocauit. Vbi hodieque posteri eorum manentes immane quantum coaluere, moribus linguaque nonnichil a nostris Britonibus degeneres. Succedentibus annis in eadem insula Maximus homo impio apparatu sine tamen fide ad tyrannidem anhelasset, quasi ab exercitu impulsus purpuram induit. Statimque in Galliam transitum parans, ex prouincia omnem pene militem abrasit. Constantinus etiam quidam non multo post ibidem spe nominis imperator allectus quicquid residuum erat militaris roboris exhausit. Sed alter a Theodosio, alter ab Honorio interfecti, rebus humanis ludibrio fuere. Copiarum que illos ad bella secute fuerant pars occisa, pars post fugam ad superiores Britannos concessit. Ita cum tirannorum nullum in agris preter semibarbaros, nullum in urbibus preter uentri deditos reliquissent, Britannia omni patrocinio militaris uigoris uiduata, omni exercitio artium exinanita, continuam gentium inhiationi diu obnoxia fuit. Siquidem e uestigio Scottorum et Pictorum incursione mortales cesi multi, uille incense, urbe subrute, postremo omnia ferro incendioque uastata. Turbati insulani, qui omnia tutiora putarent quam prelio decernere, partim pedibus salutem querentes fuga in montana contendunt, partim sepultis thesauris quorum plerique in hac etate defodiuntur Romam ad suspectas pe-

tendas ire intendunt. Romani miseratione infracti, nichilque antiquius estimantes quam fessis rebus sociorum opem impendere, semel et iterum perturbato hoste operam suam exhibuere. Postremo longinque peregrinationis pertesi, aduentum in posterum incusant. Dicunt ipsi potius a natiuo patrum a calore non degenerare, animis et armis patriam defensare. Adiciunt ubi formam muri pro sui tuitione construendi, ad propugnacula excubandi, in hostem si necesse sit procursandi, et cetera que disciplina exigit militaris exequendi. Post monita, lacrimis miserorum comitati discedunt. Abeuntes felix fortuna prosequens suorum uotis restituit. Tunc uero Scotti desperati reditus audito nuntio incunctanter et plus solito in Britones irruere, murum complanare, paucos resistentes opprimere, predas innumerabiles domum agere. At uero uulgus terre reliquum ad palatium aduolat, regis sui fidem implorans. Erat eo tempore rex Britannie Wortigernus nomine, nec manu promptus nec consilio bonus, immo ad illecebras carnis pronus, omniumque fere uitiorum mancipium, quippe quem subiugaret auaritia, inequitaret superbia, inquietaret luxuria. Denique, ut in gestis Britonum legitur, filiam suam spe regni sollicitatam stupro fregerat, et ex ea filium tulerat. Hic instantis tumultibus rem paruipendens, opesque regni commessationibus abligurriens, Scottorum lenocinium deprimebat. Excitatus tamen aliquando perstrepentium uocibus, super statu publico in medium consulit, sententiam magnatum suorum explorans. Itaque ut ad summam rediga, placuit omnibus Anglos et Saxones a Germania euocandos, armis ualidos, sedibus uagos. Geminum futurum commodum, ut armis inuicti facile hostes propulsarent, et hactenus locorum incerti pro ingenti beneficio annuerent si uel squalidum solum ieiunumque cespitem ad habitandum suscepissent. Ceterum numquam eos aliquid contra aliquid molituros, quin genuinam feritatem morum emolliret memoria beneficiorum. Probato consilio, mittuntur in Germaniam legati, spectabiles sane uiri, et qui digne personam patrie induerent. Germani audientes rem uotis mille petitam a se ultro expostulari, uicino pede parue celeritatem negotii leticie stimulis maturantes, uale dicentes quam arius genitalibus, renuntiantes parentum affectibus, fortune tutele committuntur, placidoque uentorum fauore tribus longis nauibus, quas illi ceolas uocant, Britanniam allabuntur. Venere autem et ceteri secuti tempore de tribus Germanie populis Angli.

saxonibus iunctis. Est enim fere tertia quam tantus occea
nus Britannicus sub septentrionali axe iacet,
quae tamen hominum germinat, non iniuria Germania
vocatur. Licet in suas provincias limitibus distincta.
Quemadmodum proprie sic hiis quibus id muneris est lascivientes ar
boris ramos solent succidere, ut reliqui
vite suco suo possint sufficere: sic incolae ali
quorum expulsione matrem alleviant, ne tantum
ose plurimo partu exhausta succumbat. Sed ut
facti murmur vitarent invidiam: sorte ducunt eli
mandos. Inde est quod illius terrae homines invenerint
sibi ex necessitate virtutem ut natali solo eiec
ti peregrinas sedes armis vendicent. Sicut
Wandali qui olim petiverunt Africam. Sic Got
ti qui possederunt Hispaniam. Sic Longobardi
qui adhuc obsident Italiam, ut Normanni
qui partem Galliae armis domitam incolentes
vocaverunt Normanniam. Ex hac ergo Germa
nia primo venit in Britanniam Germania manus
parva quidem sed quod paucitatem suam virtute
fulciret: ducibus Hengesto et Horso commo
de indolis fratribus. haud obscura stirpe apud
suos oriundis. Erant enim abnepotes illius
antiquissimi Wodenis, de quo omnium pene bar
bararum gentium regum genus lineam trahit:
quemque gentes Anglorum deum esse delirantes
ei quartum diem septimanae, et sextum uxori suae
Freae, perpetuo adhuc tempore consecraverunt sacrilegio.
In quibus vero locis Britanniae Angli vel Saxones
vel Iutae habitationem locaverint: Beda non
tacet. Neque enim propositum est quamvis affluat ma
teria stilo indulgere: sed tamen necessaria quaeque
libare. Venientibus igitur Anglis undique
occursum a rege toto populo gratiae effusus fa
vor. Data fide acceptaque, et tradita Tanatos
insula: incolatum eorum subventum de
cessit et pactum. ut illi umbonibus iuncti
sudores suos pro patria impenderent. recepturi e
molumenta militiae ab his quorum saluti in
gilias prætenderent. Paululum mora in medio:
et ecce Scottos advectantes. facilique ne
gotio cessura est ut super praedam aestimantes.
invadunt Angli. Illi vix dum collato pede
fugam componunt. fugitantes equis insecuti
a tergo cecidit. Sic non semel certatum. Cumque
semper victoria conferret Anglis: ut fere
fit in rebus mortalium et istis successus ac
cendit audaciam. et illis timor aluit igna
viam. eoque res processit: ut nichil magis Scotti
quam Anglis manum conserere caverent. Interea
Hengestus non minus acri ingenio quam alacri ipso.
aliis suis non abnuente rege patriam remit
tit, qui regis et populi inertiam insulae opulentiam
exponat. Ampla venire volentibus præ
mia proponat. Illi mandata gnaviter exsecuti.

brevi cum .xvi. navibus reversi adduxere secum
filiam Hengesti. virginem ut accepimus quae esset et
naturae miraculum et virorum spectaculum. Regis suis
adornat convivium. Iubet Hengestus filiam suam
pincernae munus; ut regis accubentis oculos
pasceret. Nec id frustra fuit. Nam ille ut semper
in feminarum decore adhinniebat statim et
formae gratia et gestuum elegantia sauciatus animum.
potiendi puellam spem imbibit: nec distulit
quin nuptias peteret patre volente cogens.
Ipse enim astu primo negare: tam humiles
nuptias rege indignas allegans. Postremo
quasi gravatus in sententiam transit. totam Cantiam
pro munere accipiens; cum iam dudum omnis Cantia
sub eadem Guorongi laborabat regimine:
qui tamen sicut omnes reguli insulae Wrtigerni
substinebant monarchiae. Nec contentus hac
liberalitate barbarus. sed abutens regis im
prudentia. persuadet uti a Germania fratrem
et filium mittendos viros evocet: scaena compo
sita. ut quasi ipse ab oriente provinciam defensi
taret. illi quoque ab aquilone Scottos frenarent. Ita
rege connivente ipsi circumnavigata Britannia Or
cades insulas adiere: easque gentes cum Pictis
et Scottis pari erumna involventes in aquilonali
parte insulae quae nunc Norhanhumbra vocatur interim
et deinceps assedere. Nullus tamen ibi regno insig
nis vel nomine usus usque ad Idam. de quo regalis Nor
thanhumbrorum adolevit prosapia. Sed hinc se
rius. Illic quod cepimus attexamus. Guortemer filius
Wrtigerni haud quaquam ultra dissimulandum ratus.
quod se Britonesque suos Anglorum dolo perverti cer
neret: ad expulsionem eorum mentem intendit.
simulque ad id audiendum patrem accendit.
hoc igitur auctore post annos .vii. adventus eorum
federa fedatum: et .xx. annos frequenter levibus;
plerumque. sed quod ut cronica tradit omnibus copiis de
pugnatum. Prima congressione eque utrimque
fortuna discessum: dum hi Horsam fratrem Hengesti,
illi Catigirnum alterum regis filium magno nisticio
desideraret. In ceteris cum Angli semper superiorem ma
num referrent. pax convenit: incentore belli
Gurthemer fatali sorte sublato. qui nihil
a facilitate patris abhorrens. egregie regimini
moderaretur. si deus sivisset. Sed eo extincto Brito
num robur emarcuit. spes imminute retro
fluxere. Et iam tum profecto pessum issent: nisi
Ambrosius solus Romanorum superstes. qui post Wrtigernum
monarcha regni fuit intumescentes bar
baros eximia bellicosi Arturis opera pressisset.
Hic est Artur de quo Britonum nugae hodieque deli
rant. Dignus plane quem non fallaces somniarent fa
bulae. sed veraces praedicarent historiae. Quippe qui la
bentem patriam diu sustinuerit infractasque ci
vium mentes ad bellum acuerit: postremo

in obsessione badonici montis. fretus imagine dominice matris. quam armis suis insuerat. nongentos hostium solus adorsus incredibili cede profligarit. Contra angli quamvis vario fortune lusu iactarentur. vacillantes suorum acies adventu compatriotarum supplere. audientioribus animis in ferrum ruere. paulatim cedentibus accolis protinus se in insula extendere. Simul divino non adversante consilio. in eorum manum est. omnium ipsorum mutatio. Sed hoc processu annorum. Nam vivente Wortigerno nichil contra eos novatum. Tunc interea hengestus ut erat quidam humani ingenii. ut quo plus habeat plus ambiat. fraude subornata generum ad convivium cum trecentis suorum invitat. Cumque frequentationibus poculorum invitatos ad tumultum acuisset. et unumquemque ex industria falsa dicacitate perstringeret. primo ad iurgia. mox ad arma ventum. Ita britones ad unum omnes iugulati animas inter vina vomuere. Rex ipse captus. datis tribus provinciis libertatem redemit. servitutem exuit. Post hec anno. xxxix. adventus sui hengestus diem clausit. vir qui successus suos non minus fraudibus quam viribus urgens. multumque genuine sevitie indulgens. omnia cruentus quam civiliter agere mallet. Reliquit filium Eisc. qui magis tuendo quam amplificando regno intentus paternos limites numquam excessit. Cumque annis xx. iiii. filium Otha eiusque filium Irmericum habuit successores. sed quam avo aut patri similiores. Amborum temporibus quinquaginta iii. anni deputati inveniuntur. Ceterum si singulatim vel communiter regnaverint: non discernitur.

¶ Post illos Egelbirhtus Irmenrici filius regni potitus. quinquaginta annos et tres iuxta cronicam. iuxta bedam sex et quinquaginta transegit. Videat lector quomodo dissonantiam componat. Hoc enim quod admonuisse sufficeret: in medio relinquens. Hic primis pubescentis regni temporibus. adeo vicinis regibus fuit ludibrio: ut uno et altero pulsus prelio. vix suos terminos tutaretur. Postmodum cum adultioris etatis et consultioris militie accessisset pericia. brevi omnes nationes anglorum preter northanimbros. continuis victoriis dominatus subiugavit. Et ut extraneorum quoque familiaritatem adscisceret: regis francorum affinitatem filie eius nuptiis conciliavit. Tum vero francorum contubernio gens eatenus barbara. ad vinas consuetudines confederata silvestres animos in dies exuere. et ad leniores mores declinare. His addebatur Leuthardi episcopi qui cum regina venerat celebris admodum vita: qua regem ad Christi domini cognitionem et tacens invitabat. Quo factum est: ut per beato Augustino predicanti regis animus iam emollitus facile cederet. et primus de nuo patrum suorum sacris sacrilegiis renuntiaret: ut quos regni primabat potentia fidi quoque obumbraret gloria. Hoc est profecto claro nobilitas. Hoc superbia terrenis honestate vincere. quos honore vincas. Quin et continua extendens impositos leges patrio sermone tulit. quibus premia bonis decerneret. improbis remedia severiora occurreret. nichil super aliquo negotio in futurum relinquens ambiguum. Decessit post acceptam fidem anno primo et vicesimo: Eadbaldo filio regni tradens insignia. Ille mox ut patrui metus abrupit frena: exsufflata christianitate. noverce quoque pudorem expugnavit. Sed ne omnino ferretur in preceps: divine miserationis austeritas obicem opposuit. Confestim enim quos pater subiugum miserat regulis rebellantibus regni mutilatus dispendio et per horas crebro afflatus demonio contumacis perfidie penas pendebat. Quibus offensus successor Augustini Laurentius. dum post premissos comites profugium tacita cede meditaretur. divino monitu urbe sententiam revocavit. Quia de re quemadmodum rex dum fide dictorum pontificis plage facerent non aspernatus ut aiunt inflexus. christianissimam gratiam hausit. et incestis nuptiis valedixit. Verum ut impunienda perfidia terribilis exempli nota posteris inureretur: avitis finibus egre licet retentis. numquam ad patrui fastigium potuit aspirare. Ceterum tota vita in fide integer. nichil quod famam lederet commisit: monasterium quoque extra muros cantuarie quod pater fundaverat. ingentibus prediis et amplissimis donariis illustravit. Quorum laudes et merita omnes angli suspicere et predicare debebunt: quia christianam fidem levi credulitate et credula levitate anglie invalescere permiserunt. Quis enim non iocundus spectet quantum equitati conveniat. quantum dulcedinis generat responsum illud regis Egelbrihti. quod etiam prime predicationi augustini beda rettulisse narrat. Non posse se nove secte assensum tacito adhibere: relictis cultibus quos semper cum tota exercuerit anglorum gente. Veruntamen nulla illos molestia exacerbandos: quin potius predicationis permissu et amplo victu curandos. quod tam longam a natali solo peregrinationem susceperint. ut anglis que optima putabant indulgentia benignitate communicarent. Nec infra promissionem factum fuit: donec sensim explorata fidei veritate. et ipse cum subiectis fidelium numero sociatus est. Quid iste. Nonne primo tempore magis carnis illecebris quam animi obstinatione devians. magnam tum vite pontificum exci-

bebat venatione, quam negligebat fidem. Denique ut Christi obiret facile cum suis iuravit. Magno momento Christianitatis augmentum fuit. Ambo igitur laudabiles; ambo pretiosiora pecora emerunt: sic quidem bonum quod ille magna nimirum inchoavit, iste benigne confovit.

Eadbaldo post xxv annos regni defuncto successit filius Ercombertus, ex Emma filia regis Francorum susceptus, et eodem annorum numero non minus sed meliori auspicio principatu functus. Religione in Deum, pietate in patriam, mirabiliter insignis. Cum enim avus et pater citra destructionem idolorum fidem nostram coluissent, hic pariter et inferiori regia devotione arbitrio suo destrueret propensiori consilio quod illi tacito damnarant iudicio: omnia sacella demonum complanavit ad solum, ut nullum sacrilegii ad posteros maneret vestigium. Preclare. Potuit enim vulgus fanatice superstitionis amorem, quia diu loca pulvinarium suorum non desineret intueri. Atque urgentem suam ventrem tamen indulgentem parcitati gule docet insuescere: precepit per omne regnum observari xl dierum sollenne ieiunium. Magnam prorsus rex tunc temporis rem aggressus, quem nec delitiarum luxus enervare, nec regni sollicitudo a Dei cultu potuit avocare. Propter hoc Dei favore tutus, et domi forisque rebus ex sententia cedentibus tranquillissime consenuit. Cuius filia Ercongota, tanto soboles non indigna parente, emulaque virtutum liniamentis patri respondens, Kala monasterium apud Gallias sanctitudinis sue luce vestivit.

Mortuo vero filius Egbertus per novem annos paterno throno residens nichil memorabile fecit, tam brevis imperii compendio. Nisi quod adventum Theodori archiepiscopi et Adriani abbatis tempus illius imputet glorie: doctorum virorum, et quorum omnem litteraturam imis medullis combiberant. Quod de non ceteris usquequaque dictu libitum pergerem referre, quantum lucis tunc per eos orbi Britannico infulserit, quomodo hinc Greci, hinc Latini palestras litterarum certantibus studiis invicem contulerint, et insulam quondam tirannorum nutriculam familiare philosophie domicilium effecerint. Sed et hec et quecumque bona post diebus Egberti ascribi attenuat facinus, quod Elbertum et Egelbrihtum filios patrui aut interemit aut interimi equanimiter passus fuit.

Successit Egberto frater Lotharius, alite mala regnum ingressus. Quippe post xi annos infestante filio Egberti Edrico frequentibus et varia sorte civilibus bellis conflictatus, novissime iacto corporis telo ipso vulnere in medio diu vitam effudit. Sed quid non tacent fratres ambos circa mortem immatura crudelitatis absumptos, quos Egbertus filios patrui innocentes ut diximus occidit, Lotharius martires comprobatos irriserit, quamvis postea et factum ingemuit, et matri fratrum eorum partem insule Tanatos ad edificandum monasterium concesserit.

Nec Edricus successu tirannidis longum gratulatus est, sed circa biennium regno et vita spoliatus patriam lacerandam hostibus exposuit. Continuo enim quidam Ceduualla cum fratre Mollone, alias sane bonus et efficax, digladiabile odium in Cantuaritas spirans, quantis potuit conatibus provinciam invasit, olim diuturna pace feriatam, sed tunc intestino bello dissidentem, impune se cessuram arbitratus. Sed non ita ut sperabat imparatos aut animi vacuos provinciales offendit. Siquidem post multa incommoda vicatim et oppidatim accepta, tandem armati ad manus veniunt. Congressuque superiores Ceduallam in fugam vertunt, fratremque in tugurium quoddam compulso, domunculam ipsam succendunt. Ita Mollo diu in hostem et vi pendendi decertat audacia, et totus circa tectum habens regnaret incendia, inter flammas animam ructavit. Non tamen Ceduualla destitit aut a provintia pede retulit, quin dolorem suum crebris accolarum dispendiis sarciret, reique ultionem in successorem iniam transfunderet, sicut loco suo dicetur.

Interea desperatis rebus Cantie sexennio certatum a regia successione claudicatum. Septimo demum anno Wihtredus filius Egberti, cum apud suos invidiam pertulisset iniusta, et apud hostes pacem locasset pecunia, magna spe civium allectus in regem, ut iam compotes fecit omnium civilium et bello invictus, Christianam religionem sanctissime coluit, potestatem amplissime porrexit. Et ne quid felicitati deesset, post xxx annos longevus, quod beatissimum mortales putant, superstitibus eisdemque heredibus liberis tribus fato functus. Quorum Edbertus xxiii, Edelbertus xi, Alricus xxxiiii annis patriam tenentes, istius haud decoloro exitu regnum continuavere. Nisi quod Edelbertus fortuito urbis incendio, et Alricus infausto adversus Mercios prelio claritatem fortune non parum obnubilavere. Ita siquid accidit per brevitatem (?) tacetur, sic quod presbiteri patrum in cronicis notatur (?).

Sive quod consulto factum est, sive quod nature vitio contigit (?), que sit honorum brevis gratia etenim qui nocue dolent (?). Post illos nobile germen regum exaruit, generosus sanguis effriguit. Tunc quisque impudentissimus quisque, cui vel lingua divitias vel factio terrorem comparavit, ad tirannidem anhelare, tunc regio insigni indigni abuti. Quorum Edelbertus idemque Pren, cum biennio Cantuaritis imperaret, in Mercios maiora viribus ausus, et ab eisdem captus, vinctis manibus compede captivitati prebuit. Hec inlito (?) quod ab hostibus laxatus est, sed a suis non receptus, dubium quo fine defecit.

Bk I

Cap. 4

Deinde eius factionis et calamitatis heres
Cuthredus .viii. annis solo scilicet nomine reg-
navit. Hunc regie dignitatis abortivum
Baldredus, postquam Cantiam .xviii. annis obsederat,
postquam rex ab Egberto rege Westsaxonum
prelio pulsus in exilium concessit. Ita regnum Can-
tie quod ab anno incarnationis domini .ccc.xliiii.
steterat annis .ccc.lxx.v. alterius potestati ac-
cessit. Sed quia primi regni quod de Anglis ex-
titit prosapiam paucis persecuti, quasi antiquitatis
scintillam eliciuimus, nunc regnum Westsaxonum
stilus ventilabit, quod a primo longo tamen intervallo
proximum inchoavit. Ipsum est quod multo situ mar-
cescentibus ceteris invicto usque ad adventum
Normannorum vigore floruit, et alia ut
ita dicam strangulata faucibus avidis absor-
buit. Hoc quia filum ad Egbertum perduxero,
de reliquis duobus nauseam longitudinis evi-
tans aliquid subtexam. Que cum in primo libro debitum
finem invenerint, sed solos Westsaxones
contuebitur.

Cap. II

Regnum Westsaxonum quod nec magnifi-
centius neque diuturnius ullum Britannia
vidit, a quodam Cerdicio primum ebulliens tandem
in magnum fastigium evasit. Qui gente Ger-
manus, a parentibus maioribus, quippe a Wodenio .x.mus,
cum domesticis et fluctuationibus ingentes spiritus
aluisset, statuit patria decedere et armis
famam dilatare. Id animo communicato cum filio
Kenrico meditari ausus. Consentiente ad-
olescente qui proximus glorie passibus patrem ur-
gebat, in Britanniam cum quinque ceolis copias traie-
cit. Actum anno dominice incarnationis .cccc.xc.
v. post mortem Hengesti .viii. Ipsoque die a
Britonibus bello exceptus, vir veteris militie
non difficulter arietantem multitudinem con-
tudit et fuge compulit. Quo successu et se
profundam in reliquum securitatem et provincia-
libus quietem peperit. Nanque post illum diem la-
cessendum arbitrati, in eius iura volentes conces-
sere. Non tamen ignavo ille indulgens otio feria-
batur, quin per se crebras circumquaque victorias ex-
tenderet. Anno post adventum suum .xx.iiii.mo in
occidentali parte insule que illi Westsaxonum
vocatur monarchiam adeptus est, quam .xvi. an-
nis fere totis complevit, regno toto preter in-
sulam Vectam ad filium devoluto. Cap. III. In-
dultu regie munificentie potestati Wiht-
gari accessit. Is cum sanguinis propinquitate
tum bellandi artibus avunculo iuxta carus,
eius enim ex sorore nepos erat, celebrem in
eadem insula primo principatum post et sepulturam
accepit. Porro Kenricus patre non inferior
virtute regnum non nichil ampliatum post annos
.xxvi. filio Ceaulino contulit. Sed hic spectatis-
simum in pluris robur annales ad invidiam ef-
ferunt, quippe qui fuit Anglis stupori, Britoni-
bus odio, utrisque exitio. Horum exempla pro compen-
dio subtiam. Ethelbertum Cantuaritarum regem
aliarum laudabilem, sed tunc pro antiquitate fami-
lie primas partes sibi vendicantem ac preterea avi-
dius alienos fines incessantem, prelio aggressus
fusis auxiliaribus ad sua fugavit. Britannos
qui temporibus patris et avi sui pretento dedicionis umbo-
ne et claustrorum muralium obiectu Gloecestre
et Cirecestre et Bathonie exitium effugaverant,
inde persecutus adversitate urbibus exuit et in
confragosa saltuosaque loca hodieque detrusit.
Inter hec tamen quia fatalis alea incertis iactibus in hac
vite tabula mortales eludit, tantorum bellorum
successus offuscavit luctus domesticus. Denique
Cuda fratre in maturam mortem intercepto, eodemque nominis
filio ante se in pugna extincto, ambobus predi-
cabilis spei iuvenibus ~~predicabilis spei iuvenibus~~,
invitus felicitati sue decessisse putatur, quia semel
spiravit. Postremo ipse diebus ultimis regno
extorris miserandum sui spectaculum hostibus
exhibuit. Nam et iodium sui quasi classicum ubi-
que cecinerat, conspirantibus tam Anglis quam Bri-
tonibus apud Wodnesdic ceso exercitu anno .xxxi.
regno nudatus in exilium concessit et continuo deces-
sit. Tunc fluitantes regni habenas direxerunt
nepotes eius filii Cude, Celricus annis .vi., Ceolfus
.xiiii. Quorum tempore inferior sed virtute prestantior om-
nem etatem in bellis detrivit, quippe qui nulli unquam
ignavie locum dedit quin suam et tutaretur et preten-
deret. Post illum filii Celrici Cinegilsus et Qui-
chelmus infulas regni equa lance induerunt. Ambo
strenui. Ambo mutuis inter se pietatis et caritatis
officiis, ut mirum fit in solita regibus concordia. Fuit
pluribus miraculo, futuris exemplo. Denique bella que
plurima nescias maiore virtute an moderatione
gesserint et contra Britannos et contra Pendam regem
Merciorum hominem in suo loco dicendum, ad furta belli
peridoneum. Qui post egressus continuo dum Cirecestriam
suis partibus applicare conatur, impetum eorundem
regum non ferens cum paucis perfugit. Quichelmi
sane non mediocris culpa respergit, quod Edwi-
num Northanhimbrorum regem probate pru-
dentie virum, subornato sicario insidiis
appetivit. Sed si consideret illa gentilis servitia
dolus animus, quod in hoste requiratur, excusa-
bit facile nichil preter solitum fecisse, quod vel
licatore potuit quemquam voluit de medio
subtrahere. Nam et antea de regno West-
saxonum partem decerpserat, et tunc accepta
irritatus iniuria, que recruduerant
odia inter provincialibus, interiora dispendia
evaserunt tamen reges, quibus non multo post beati Bi-
rini episcopi celestis influxit doctrina, regni
anno .xxv. post adventum beati Augustini .xl. Inflexus
illico Cinegilsus emollito regali supercilio

Cinegillus primus baptizatus ab Augustino.
Celricus — Cinegillus / Quichelmus

sacerdoti se in baptismo libens substernit. Re
calcitrantur aliquantisper quae celerius donec ualitu
dine corporis amonitus ne salutem animae negligeret
deuotionem et ipse consortis emulatus. eodem anno
carne solutus est. Ac uiro cinegils sexemo post longe
quietis gratia fungitur. Anno regni xxxi. uita claru
sit. Successit hedda tamen filius eius Kenuualkius.
primo regni auspicio pessimus. medio et
ultimo tempore optimus principibus comparandus. Po
testate siquidem initiatus adolescens. quae regio luxu
insolescens. facta patria insedit poniret
sua recetatione Christianissimum et legitimum
matrimonium abutiauit. Sed a penda rege
merciorum cuius sororem repudium dederat. bello im
petitus et uictus: ad regem orientalium anglorum
confugit. Ubi et tota calamitate et hospitis sedu
litate fide persuasus: triennio post resumptis uiribus
regnoque recepto iocundum sue mutationis
miraculum ciuibus exhibuit. In tantum fortis:
ut quod antea nec suos fines impune defensita
rat. nunc longius etiam imperium prorogaret. Brit
tanos antiquae libertatis conscientia frementes
et ob hoc crebram rebellionem meditantes. bis
omnino protriuit: et in Wlferum pende filium
patriam ulterius iniuriam. plurima illum regni
parte multauit. Religiosus adeo: ut primus
antecessorum suorum in Wintonia templum deo
per id temporis pulcherrimum construeret. Quo
loci potestas in sede episcopali fundanda. et si
augustiori parata: per eandem tamen cucurrit uesti
gia. Nec solum in ecclesiasticis. uerum et in
secularibus ita munificus extitit: ut nichil
patrimoniorum cognatis negaret: quippe
qui filio fratris pene tertiam regni partem mag
nanima liberalitate communicaret. has ani
mi regales dotes stimulus monitionum ani
mabant sue prouintie sanctissimi episcopi. Angil
berti de quo multa in gestis anglorum bede inuenies.
et nepos eius leutherius. post ipsum septenni pon
tificio in Westsaxonia functus. Quod eo non pretermissi:
quia de annis presulatus eius. beda nichil
expressum reliquit. Mi exceptionis cognitum
dissimulare pro religione uidebatur. Si
mul quia se ingerebat occasio. amplec
tanda erat predicabilis uiri initio: quo mal
mesbiense monasterium in quo incolatus tre
nt pretendimus inuleciam. Ac pene diuino
nutu inuitatur. ex humili ad amplissi
mum pueri statum. Quod a meilduflo na
tione ut aiunt scotto eruditione ut
aiunt philosopho professione monacho.
adeo angustis sumptibus elaboratum. ut ibi ha
bitantes cotidianum uictum egre expedi
rent. ipse diu multumque librato consilio.
aldelmo eidem loci monacho. priuaret et
episcoporum regendum tradidit. De qua re ut om

ne sermoni nostro dubietatis depereat offensam
uerba hic aliquid eius obtexam. Ego leutherius gratia
dei episcopus saxonie pontificatus gubernacula regens.
rogatus sum ab abbatibus qui subiure parrochie nostre
cenobiali monachorum agmini pastorali
sollicitudine preesse noscuntur. ut terram illam cui
uocabulum inditum est maildulfesburch. aldel
mo presbitero ad degendam regularis uitam conferre
largirique dignarer. Qui uidelicet in loco pri
mo euo infantie atque ab ipso tirocinio rudi
mentorum liberalibus litterarum studiis. et in gremio sancte
matris ecclesie nutritus. uitam duxit. Et ob hoc potissi
mum hanc petitionem fraterna caritas suggerere uidetur.
Quapropter predictorum abbatum peticionibus annuens. ipsum locum
tam sibi quam successoribus suis normam sancte regule soler
ti deuotione sequentibus fraterna petitione coactus
libenter concedo. Actum publice iuxta flumen
bladon. viii. kalendas septembris. Anno incarnationis dominice
sexcentesimo lxxv. Tunc industria
abbatis. accedente fauore pontificis: terrestres
monasterii immensum est. ferri tantum monachi
undique congregari. Currebatur ad adal
delmum totis compitis: his uite sanctimoniam.
his litterarum scientiam desiderantibus. Erat enim
uir ille et religione simplex. et eruditione mul
tiplex. et quem famam uirtute superet. liberalium ar
tium epotator. ut esset mirabilis in singulis
et in omnibus singularis. Mentior sum hoc testantur de
uirginitate codices. immortalis ingenii eius indi
ces: quibus meo iudicio. nichil dulcius. nichil splen
didius. Quamuis ut est nostri seculi desidia. quibusdam
pariant nausiam. non attendentibus quod iuxta
mores gentium uariantur modi dictaminum.
Denique inuoluere greci. romani circumspecte. gal
li splendide. angli pompatice dictare solent.
Sane quam dulce uidetur maiorum inherere
gratie eorumque exemplis ignitam memoriam: nunc
uite euoluere quos hic sanctos per ecclesie nostre priui
legio sudores insumpserit. quot miraculis uitam
insigniuerit: ni quod alias auocarim. et facta eius
et suppletionem meritis apparet oculo quam nemo pos
sit adumbrari penicillo. Innumera signa quam
diu eius fuit memoriam ostendunt presentialiter peri
te ille uite sanctimoniam. Habet ille laudes
suas. hic nunc alias partam gloriam. uita omnia prosequitur
historiam. Kenuualkius post annos regni xxxi.
moriens. regni arbitrium uxori sexburge dele
gandum putauit. Nec deerat mulieri
spes. ad obeunda regni munia. Ipsa nouos
exercitus moliri. ueteres tenere in officio. ipsa sub
iectos clementer moderari. hostibus minaciter
fremere: prorsus omnia facere. ut nichil preter sexum
discerneres. Uerum tamen plusquam femineos animos
anhelantem. uita destituit: uix annua
potestate perfunctam. Sequens triennium tenuit
gente in regno escuuinus. regali prosapia preminens.

quippe qui fuit Cinegisli ex fratre Cuthgislo abnepos. Qui decedente vel morte sua vel in aliena neutrum satis expedite invenio, vacantem aulam successione legitima implevit Centwinus Cinegisli filius, albo notae in bello experientiae. Siquidem ille nominatus iste Britannos anxia clade perculit, sed temporis brevitate miserandus. Nam ipsum sedis non ultra novennium progressum. Primi tenuerunt superior sermo absolvit secundum cronicorum fidem. Ceterum non eos regno integro imperitasse, sed inter se divisisse Beda confirmat. Post hunc regiae indolis nobile germen Cedwalla emicuit, Ceaulini ex fratre Cuda pronepos, in modicae spei iuvenis, et qui nullam occasionem extendendae virtutis perire nosset. Qui cum iam dudum efficacibus studiis bellicae principium patriae suae intentasset, factione conspiratorum in exilium actus est. Hac ille amplexata iniuria, ut omni milite spoliaret provinciam, quicquid bello idoneum erat contraxit. Namque seu miseratione fortunae eius infracta, seu virtute delectata, tota pubes exulem secuta. Excepit primum impetum furentis rex Australium Saxonum Edelwalkius, manum conserere ausus. Sed cum omni populo quem ductitabat fusus, sero prerupti consilii penitentiam fecit. Animis suorum erectis incitato impetu, reditu emulos potentiae adoreatus regno abegit. Ita per biennium eo potitus, praeclara rei bellicae facinora consummavit. Australibus Saxonibus veteri odio infestus, successorem Edelwalkii Edricum repetita occurrente audacia exitio dedit. Vectam insulam fiducia incolarum rebellantem parum abfuit quin deleret. Preterea Cantuaritas, ut superius in rebus eorum digessi, aggressus crebras de illis victorias reportavit. Postremo fratre amisso regione decessit, plurimo accolarum sanguine damnum sui consolatus. Interea (?) arduum memoratu est quantum et ante baptismum inservierit pietati, ut omnes manubias quas iure praedatorio in suos usus transcripserat Deo decimaret. In quo etsi approbamus affectum, improbamus exemplum, iuxta illud: Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui immolat filium in conspectu patris. Iam vero quod Romam baptizandus contendit, ibique a Sergio papa baptizatus et Petrus vocatus, adhucque in albis positus superni arbitrii felicitatem meruerit, non est quod ut nostro indigeat illustrari relatu. Post illum Romam euntem regnum primatu (?) novatum. Ine, Cinegisli ex fratre Cuthbaldo pronepos, magis pro insitivae virtutis industria quam successivae sobolis prosapia in principatum ascitus,

fortitudinis unicum specimen, prudentiae simulachrum, religione parem nescias. Quibus artibus vitam componens, domi gratiam (?), foris reverentiam mercabatur, adeo annis duobus de .xl. potestate functus, sine ullo insidiarum metu senium incanuit, publici amoris sensissimus lenocinator. Prima illi in Cantuaritas expeditio, in quos sicut dictum de incendio Mollonis ira defremuerat. P[…]les (?) parumper resistere ausi, mox omnibus temptatis et viribus in vacuum effusis, cum nichil in pectore vitae (?) quod ignaviae induceret reppulisset, dispendiorum suorum intuitu deditioni consulere ceperunt; regium animum muneribus sollicitant, promissis nundinantur pacem .xxx. milibus aurimancusum, ut pretio mollitus bellum solveret, metallo restrictus receptui caneret. Quod ille pecunia suscepta delictum gratum (?) fecit, in regnum reversus. Nec solum Cantuaritae, sed et Orientales Angli hereditarium exceperunt odium, omni nobilitate primo pulsa, post etiam bello fusa. H[…] eius successu dicta modum suum agnoscat. Ceterum quantum in divinis rebus fuerit, indicio sunt leges ad corrigendos mores in populum latae, in quibus vivum adhuc temporis puritatis suae resultat speculum. Iudicio sunt monasteria regiis sumptibus nobiliter exercitata (?), precipue Glastoniense, cui quantum splendoris adiecerit, libellus ille docebit quem de antiquitate monasterii eiusdem elaboravi. Aderat consilio pater Aldelmus, cuius ille praecepta humiliter audiebat, suspiciebat granditer, adimplebat hilariter. Denique et privilegium quod pro libertate monasteriorum suorum ab apostolico Sergio impetraverat, libens confirmavit, et in ea Dei famulos eius hortatu induxit, et ad extremum renitentem episcopatu honoravit. Licet vitam tanti viri mundo cito mors inciderit, vix .iiii. annis episcopatu functus, quem caelo clarificavit anno incarnationis dominicae .dcc.ix. Fuere qui dicerent eum regis nepotem fuisse ex Kenteno fratre. Sed non placuit nobis proprium arrogare quod magis videtur opinioni blandiri volatice quam stabilitati congruere historicae. Presertim cum nusquam antiquitus scriptum repperiatur, et cronica palam pronuntiet Inam nullum fratrem habuisse praeter Ingildum, qui paucis annis ante ipsum decessit. Non ergo Aldelmus, ut mendaciter asseratur, tanta sunt de illo quae indubitatam promereantur fidem, tot sunt quae invenimus in litteris. Habuit sane Ina sorores Cuthburgam et Quenburgam. Cuthburga regi Northanhimbrorum Alfrido nuptum tradita, sed non multo post coniugio diducto, primo ap

bkingũ sub abbatissa hildelida. in qᵃ
ipsa magistᵃ reglę. Winburne dō placi
tā uitā transegit. Hic ē in ignobil'. tę tpis
insignis. in quo frequens uirginũ chorꝰ c̄
tenus delicius castitę. supnos sub spũali
amores. Accessit sac̄ celibatꝰ studio li
broꝝ aldelmi de uirginitate lectio. Uirgi
ginsũ q̄d nōi dedicata. s; oīb; eandē p
fessionē anhelantib; ualita. Habuit
7 uxorē ethelburgā. feminā sane regii
gnis 7 animi. Q̄ cũ crebꝰ instillaret uiri
aurib; ut mundanis rebꝰ t extremis an
nis ualefaceret. 7 ille hortatē de die i die
differret. astu tandē uincē parat. Cũ
n. q̄dā uice ap̄ uillā ingenti tumultu
regales luxꝰ explicuissēt p̄tridie cũ di
cessissent. uillic ex regine ↄscientia pa
latiũ quanta potest deformitate tam
fimo pecudũ q. ruderũ aggere infamat.
postremo in lecto ũ cubuerāt porcā no
uitē enixā collocat. Interea cũ iā itinerario
pcessũ eēt. illa maritũ uxoriis delini
mētis aggdit. rogans ut illuc unũ abie
rant necessario pede referat magnũ dis
minus rē fore si ñ exaudiat. Re ñ difficultē
ipetrata. rex uidens locũ p̄dē sartiana
palliis deliciis parē. nc̄ feda solitudiē
deformē. mirat tacitoq; iudicio ocli
rē examinātes. ad mulierē redire. Te
illa occasione aucupata. leniq; subri
dens. Q' ũ sc̄ inqt dñe cuiusx hestꝰ stre
pitꝰ. ũ aulea sidoniis fucis ebria. ũ para
sitoꝝ discurrens petulantia. ũ dedela
uasa pondē metalloꝝ uel ipsas one
rantia. ũ terra mariq; obgule lenocinius
obsonia. Nonne oīa fumꝰ 7 uentꝰ.
Nonne oīa transiere. Et ue his q' heserē.
qa simul transibunt. Nonne oīa sic flumꝰ
pceps. 7 currens in mare. Et ue his q'
heserē. q' simul trahent. Cogita q'so
q' miserabilit defluent carnes. q' m
in delicias nutriunt. Nonne nos q' in
gurgitamꝰ ubi. putrescemꝰ miserꝰ.
Potentes potentꝰ patientꝰ tormenta. 7 for
tiorib' fortior instat cruciatio. Hec plu
ra locuta. maritũ cōpulit in sententiā
exēplo q' multis annis frustꝰ insusur
rauerat uerbo. Nā p' triumphales belloꝝ
manubias p' multarꝰ uirtutũ gdꝰ. sũ
mum culmen pfectionis meditatꝰ. ro
mā abiit. Ibi ne curiosis sue pōpā fa
ceret. ñ publicis uultib' comā deposuit
s; ut soli dō oculꝰ placeret. amictu ple
beio tectꝰ clam ↄsenuit. Hec de eratc
tanti dux femina facti. q' cũ antea
uirũ ad h' audiendũ incitasset. te

meretē ubi leuitꝰ. labantē exēplis erige
prs q'd salutē eiꝰ spectaret in nichil diminutē.
Ita mutua caritate conexi tēpib' suis ma
hōni uigisti sc̄. ñ sũ magnis ut accepimꝰ
miraclis. q'b; diuina dignatio. felicium
ciugũ sepe respondere meritis. Succes
sit pncipatui edelardꝰ ine ē sanguinē licet
surgentes eiꝰ pncipias frequnt interpolaret.
oswaldꝰ regii sanguinis adolescens. Prin
cialib'. n. in rebellionē excitatis bello re
gē psequi conatꝰ. S; eo ñ multo p' fatali
sorte sublato edelardꝰ p' xiiii. annos q'e
tissime retentũ regnũ cuthredo cog
nato reliq'd. hic adūs ethelbaldũ regē
merciorꝝ 7 britones uigi exercitio uictorias
adipiscens. ñ immunis sudoris ↄsũpsit.
ac p' annos xvi. regni gubnacla reliqt.
Arripuit illud sigebrichtꝰ. uir ap' suos
seuitia inmanis. idemq; foris ignauia
pudibundus. Q' tanta cōmunium oīu odio ēspi
rauit. p' annũ solio detrabat. meliori locũ
fecit. S; ut fere in talib; sit. cũ magni
tudine calamitatis aliq's ad grām sui
reuocasset. eoꝝ uirtute prouincia q' han
tunscire dr. in obseqo detenta. Heri ũ cũ
nec sic cessaret. 7 nec cādā cubĩu. q' fide
lissime sē adheserat cetꝰ inextimũ sui
armasset. ad abdita ferarũ spelea ↄ
cessit. Illicq; infortunio eiꝰ psequente
a subulco ē fossꝰ interit. Ita crudelitas
regis omē pene nobilitatē pugnata.
in hoīe ultime sortis stetit. Suscepit
potestis gubnacla kineuulfꝰ. Clarꝰ
q' ille q'de moꝝ cōpositione. militieq;
gestis s; uno solo adūs offā regē merciorꝝ
apt bnesigtune pᶜlio. uiij. 7 xx. regni
anno uictꝰ multaq; p'm danis afflictꝰ
fedo 7 extra uite finē sortitꝰ. Nā c̄ uno
7 xxx. annis nec ignaue nec inmodeste
regnasset. seu rerũ glā elatꝰ q'd nich
s obuiatũ crederet seu posteritati sue
metuens ↄtq' kineardũ sigebrichti
fratrem incresce cerneret. illũ prouincie
terminos coegit excedē. Ille cedendũ tēpi
raꝰ dissimulato dō q'si uolens pfugit
ogex cũ furtiuis cũ uenticlis p'dita t
pboꝝ manũ ↄtraxisset. solitudinē regi
auspicatꝰ. nā animi causa russũ ↄcel
serat. cũ expeditis eo supuenit. S'
dũ illũ alienis amorib; inseruientē
audisset. ex insidiis fores domũ obse
dit. Rex ancipiti discrimine p'motꝰ.
cũ p'sentib; pondato ↄsilio fores oc
cludit. sperans latrones t mulcē alloqo.
t terrere ipio. Cũ neutrũ pcederet. ira
percitꝰ in kineardũ insilit inimicũq; ob

Edelardus

Cuthredus

Sigebrichtus

Kineuulfus.

de kinehardo.

-sit, quin vita privaret. Sed a multitudine circumventus, dum cedere dampnum glorie arbitratur, morte victus occubuit. Pauci ex clientela eius qui aderant, dum non manus dare sed herum vindicare contendunt, obtruncati. Ex templo fama in tali tanti principis perlabitur aures, qui non longe agebant excubias. Quorum unus maximus evo et prudentia Osric ceteros cohortatur ne domini sui necem inultam et perpetuam suam ignominiam inultam dimitterent. Strictis gladiis in coniuratos irruunt. Chinehardus primo causam suam agere, magna polliceri, cognationem pretendere. Ubi nichil proficit, ad resistendum commanipulares accendit. Dubium certamen fuit, his pro vita, illis pro gloria summa ope conantibus. Tandem diu cunctata victoria in meliorem partem declinavit. Ita miser ille nequicquam fortem faciens animam amisit, non longum insidiarum successu gloriatus. Corpus regis sepultum Wintonie, illius Reopendune, quod erat tunc cenobium nobile, nunc ut audivi pauco vel nullo incolitur habitatore.

Brichtric

¶ Post Kinewulfum regnavit Brichtricus annis xvi, pacis quam belli studiosior. Artifex amicitias componere, exteros blande appellare, domesticis continere in his dumtaxat que vigorem regni non enervaret. Atque ut ampliorem gratiam apud comprovinciales locaret, filiam Offe regis Merciorum eo tempore potentissimi coniugem acceperat, que quod sciam nichil liberorum tulit. Cuius affinitate fultus, Egbirhtum solum regalis prosapie superstitem, quem validissimum suis vitiis metuebat, obice Franciam fugandum curavit. Nam et ipse Brihtricus et infra memoriam reliqui reges, licet natalium splendore gloriantes, quippe qui de Cerdicio traherent originem, non parum tamen a linea regie stirpis exorbitaverant. Illo igitur expulso securo resolvi ceperat otio, cum

De Danis

gens Danorum piratica, rapto vivere assueta, occulte tribus navibus advecta pacem provincie confundit. Quorum scilicet maris soli ubertatem inhabitantium virtutem speculatum venerat, ut postea eius multitudinis que totam ei pene inundavit Britanniam adventu compertum est. Tunc tamen fortune in alta pace regni appulsi, regium vicum qui proximus erat involavere, villicum suppetias ferentem leto dedentes. Sed mox timore circumvenientium amissa preda refugerunt ad naves. Post Brichtricum, qui apud Werham iacet, Egbirhtus conscendit thronum avitum, omnibus ante se in West Saxonia regibus merito preferendus. Et nos igitur quousque ad eius tempora narrationem extendimus, iam nunc ad Northanimbros sicut polliciti sumus animum flectamus.

De regno Northanimbrorum.

Et super paucis libavimus, et ne necessario repetimus, quod Hengestus confirmato in Cantia regno, fratrem Ohtam et filium Ebusam, probate et actae experientie viros, ad occupandas aquilonales Britannie partes miserit. Illi preceptis insistentes, eventum studii sui exitum habuere. Nanque sepe in eos conspiratis incolis egressi, profligatisque qui resistendum putaverant, reliquos in fidem acceptos placide gentis gratia mulcebant. Itaque cum et suis artibus et subiectorum favore non dicam potestatis corroborassent, nunquam tamen regium nomen temerare meditati, eidem mediocritatis formam in proximos posteros declinaverunt. Annis .xx. uno minus centum Northanimbri duces communi habitu contenti, sub ipso Cantuaritarum privatos agebant. Sed non postea stetit hec ambitionis continentia, seu quia semper in deteriora devius est humanus animus, seu quia gens illa nata vel inflationes anhelat spiritus. Anno igitur dominice incarnationis D. xlvii., post mortem Hengesti lx., ducatus in regnum mutatus; regnavitque ibi primus

Ida primus rex Northanhimbrorum

Ida, haud dubie nobilissimus, etate viribusque integer. Verum utrum ipse per se principatum invaserit, an aliorum consensu delatum susceperit, parum diffinio, quia veritas est in abdito. Ceterum satis constat magna et vetere prosapia oriundum, puritatis et defecatis moribus multum splendoris generosis contulisse natalibus. Adeo bello invictus, domi severitatem regia genuina mansuetudine animi temperabat. Possem hoc loco istius et aliorum alibi lineam seriatim intexere, nisi quod ipsa vocabula quadam stridentia minimum quid velle delectationis lectoribus infunderent. Illud tamen non inmerito notandum quod cum fuerint Wodenio tres filii, Weldegus, Wichtlegus, Beldegus, de primo reges Cantuaritarum, de secundo Merciorum, de tertio West Saxonum et Northanimbrorum, preter duos quos precedens sermo nominare piget, originem traxerunt. Hic ergo Ida sic absolute invenio, a Beldegio nonus, a Wodenio decimus, annis xii in regno permansit.

Alla

¶ Successor eius Alla, ex eodem quidem genere sed diverso a Wodenio tramite sanguinem ducens, regnum efficaciter provectum studiorum suorum incultum per annos xxx nobiliter ampliavit. Huius tempore venales ex Northanimbria pueri familiari scilicet et pene ingenita illi nationi consuetudine, adeo sine cura quod suos videretur non dubitaret arctissimas necessitudines sub pretextu minimorum commodorum distrahere. Venales igitur ex Anglia pueri Romam deducti saluti omnium compatriotarum occasionem dedere. Nam eo miraculo vultus et lineamentorum gratia oculos civitatis invitassent, affuit forte cum aliis beatissimus Gregorius tunc apostolice sedis

archidiaconi. Qui muneri tanti immortalibus decoris compositione insertae tam abiecta in captivis conditione, consulit astantes cuius gentis uni domo. Responsum est esse gente Anglos, provincia Deiros. Erat enim Deira provincia Northanimbrae, Aelle regi subditos, paganissimo deditos. Quorum extremum dolentibus suspiriis prosecutus, reliquis eleganter applausit, ut Angli angelis similes de ira eruerentur, et alleluia cantare docerentur. Hec mora impetrata a Benedicto papa licentia ad predicandum iter adorsus, magnanima eximii viri spiritu induerat. Et profecto coeptum opus pietatis explesset, nisi iam profectum factiosus civium amor revocasset. Erat enim vir ille cum virtutibus clarus, tum carus civibus, quippe qui spem illorum quam de eo a puero conceperant, incredibili virtute superavit. Itaque intentio boni, etsi ad tempus frustrata, postmodum sub pontificatu eius laudabilem finem accepit, sicut suis lector locis inveniet. Me vero ista inseruisse non piguit, nec lectorum conscientiam defraudare de Alla, cuius mentionem perstrinxit pater Gregorii vita. Qui quamquam maxima occasio Christianitatis genti Anglorum fuit, nichil umquam, seu Dei consilio seu quodam infortunio, audire de ipsa meruit. Sane ad filium eius manavit electio. Post Allam mortuo adeptus est regnum Edelricus idem filius, post devicta in penuria etatem extrema canicie perfectus, sed veloci morte de medio post v annos sublatus. Miserabilis princeps, et quem fama obscura prorsus recondet, nisi filii conspicuus vigor patrem in specula extulisset. Itaque cum longo senio satietati vite satis fecisset, Ethelfridus maior filiorum regnum ascendit, qui teneritudinem annorum maturitate morum consolaretur. Cuius gesta preceptorum facecia placita in publicum, nisi nordinis loco stili nostri expectent officium. Adeo in eius prosecutu laudibus Bede vigilavit ingenium. Et illius quidem intra fines Northanimbros eo familiarius quo propinquius perspiciebat intentio; vero lacinias illius carperet et componeret oratio. Neque sane in vitio vertatur, quod tam diffusa iam tum conscriptis historia noviter factum consilio, ut qui nausiaverint in illis obsequiis, in his mendicantes respirent reliquiis. Est enim liber in usu tritus, antiquitate venerandus. Cibi quamvis sufficientis avidi sumunt. Ethelfridus igitur ut dicere ceperam regnum nactus, primo acriter sua defendere, post et superbe aliena invadere, et occasiones undecumque inflare. Multa preterea

plura inchoata prudenter, et consummata egregie gessit; nec illum quem necessitate frenaret inertia, nec ad temeritatem precipitaret audatia. Testis est horum Degsa lapis, in illis regionibus percelebris, locus ubi rex Scottorum Edan, quod Ethelfridi successibus invidens, delectantem et in bellum impulerat, non sine magno victoris discrimine victus fugam iniit. Siquidem germanus Ethelfridi Techalsus, capud pictis obiectans, eo studiosius quo fratris opera ostentare affectabat impensius, luctuosam victoriam reliquit, cum omnibus commanipularibus suis desideratus. Testis et Legionum civitas, que nunc simpliciter Cestra vocatur, queque ad id temporis a Britannis possessa, contumaciis in regem populi alebat superbiam. Ad cuius oppugnationem cum intendisset animum, oppidani, qui omnia perpeti quam obsidionem mallent, simul et nimio confisi, effuse in bellum ruunt. Quos ille insidiis exceptos fudit fugavitque, post in monachos debacchatus, qui pro exercitus salute supplicaturi frequentes convenerant. Quorum incredibilem numerum etate nostra fuisse indicio est in vicino cenobio tot semiruti parietes ecclesiarum, tot anfractus porticuum, tanta turba ruderum, quantam vix alibi cernas. Vocatur locus ille Bancor, tunc monachorum famosum receptaculum, nunc mutatus in episcopium. Ita Ethelfridus rebus ad voluntatem foris satientibus, domesticum et intestinum metum propulsare desiderans, Eduinum Alle filium, non aspernande probitatis iuvenem, regno et patria eliminat. At ille multo tempore incertis iactatus sedibus, multosque olim proclivores in hoste quam in fide expertus, quia ut ille dixit: Cum fueris felix multos numerabis amicos, tempora si fuerint nubila solus eris, tandem Redwaldum regem Orientalium Anglorum venit. Apud quem deploratis casibus suis, cum resedisset regia dignatione tutus, advenere legati Ethelfridi, vel deditionem transfuge vel bellum denuntiantes. Ille uxorii pectoris consilio roborat, ne fidem amico datam ullis minis corrumperet, super Ethelfridum paratis copiis in spatio advolat, nichilque minus quam insidias opinantem per medium aggreditur. Quod tunc solum virtutis deprehensa potuit, intercluso fuge spacio, remedium in manibus vidit. Quamvis igitur pene inermis, quasi vis accepta periculo concitatus, non prius occubuit quam initium Reineri filii Redwaldi morte sua compensasset. Hic exitum post regnum xxiiii annos habuit Ethelfridus, usu quidem bellorum nulli secundus, sed divine religionis penitus ignarus. Habuerat ex Acca filia Alle, sorore Edwini, filios duos, Oswaldum duodennem, Osuium quadrimum, qui tunc occiso genitore nutritorum

Bk I

Cap. III

diligentia. fuga lapsi. scotiam euaderent. Sic
eduinus omnibus emulis cesis uel expulsis. pluri-
bus laboribus emeritus. regni fastigium iam non
rudis ascendit. Cuius dominio cum metuendo
sicut northanhimbrorum assuetus rex esset.
accessit ad cumulum felicitatis mors inopina-
ta reduualdi. Nam prouinciales qui apud se olim
exulantem. pro nimietate audacie et impigre
animum explorassent eduuini. ultro confirmata
iurata fide in eius ditione conspirarunt. Ille
reduualdi filio tantum regis nomine concesso
cetera moderabatur pro arbitrio. Erat tempestate
spes atque opes anglorum in illo site. Nec
erat qui non illius spectarent nutum. para-
ta ad obsequium. preter solos cantuaritas.
Hos tamen immunes exactionis reliquerat.
quippe qui iam dudum ad nuptias ethelburge
sororis edbaldi regis eorum mentem appule-
rat. Quam cum longo tempore petitam tandem
aliquando impetrasset. eo consilio ut non esset
negata habita quam diu suspirauerat dilatam.
tanto olim illa regina consecrata fuerit offi-
cio ut nichil esset in potestatibus diuisum. et
in moribus barbarum. Eadem preterea occasio-
ne paulino predicante. diuine fides par-
tibus illis infusa. primo regem ipsum pene-
trauit. Que cum regina marito uite con(iu)-
gales affectus crebro inculcaret. et
antistitis admonitio suo loco non deesset.
diu ille cunctabundus et anceps. semel
tamen susceptam intimis inseruit precordiis. tum
uicinos reges ad fidem suitare. tum ecclesiarum
edificia excitare. nichil quod ampliande
fidei congrueret neglige(re). Interea et deuotio
in regie serenitatis fauor arride-
bat. adeo ut non solum britannie gentes
angli scoti picti. sed et insule orchades
et meuaniarum quas nunc anglesei. id est anglorum
insulas dicunt. et arma eius metuerent. et
potestatem adorarent. Nullus tunc predo pu-
blicus. nullus latro domesticus. coniugalis pu-
doris insidiator procul. expilator alie-
ne hereditatis exul. Magnum id in eius
laudibus. et nostra etate splendidum. Itaque
imperii sui ad eos limites incrementa pro-
ducta sunt. ut iusticia et pax inuicem
complexe libentius concurrerent. osculorum
gratam grata uicissitudine libantes.
Et feliciter tunc anglorum respublica pro-
cedere potuisset. nisi mors inmatura
temporalis beatitudinis nouerca et pri-
fortune ludo uirum abstulisset patre
fratis tamen. Anno uero xlviii. regni xvii.
rebellantibus regulis quos sub iugum mise-
rat cedualla britonum. et penda mer-
ciorum. cum filio interceptus. miserabile uarie-

tatis humane fecit exemplum. Nullo pru-
dentia inferior. quod nec christianam fidem nisi di-
ligentissime inspecta ratione uoluit
suscipere susceptamque nichil existimare
comparabile. Occiso edWino. filii edel-
fridi. idemque nepotes edwini. osWald(us)
et osWius iam adulti. iam dulcis iu-
uentute induti repatriauerunt. simulque
qui etate prestabat eanfridus. quem initio
sibi excidit. Regnum itaque in duo dis-
cerptum. Siquidem northanimbria iam dudum
in geminas facta prouincias. eosricius
idem creauitur. exclusis aliis. Quippe filius
tunc patrui eduini osricus deira. ethelfridi
filius eanfridus berniciam sortiti. hediciarii
uis se obtinuisse gloriabantur. Amboi
scotia sacris christianis initiati. ambo uix
dum potestatis compotes fidei aufuge-
re. multo post infestante cedualla.
credulitatis relicte penas delede(re).
Annuum tempus interea has moras exactum.
Oswaldum magne spei iuuenem adipiscendi
scientia excitum. Is fide quam ferro instruc-
tior. nam apud scotos ubi cum multa iuuen-
tute nobilium exulauerat baptismi gratiam
meruerat. ceduallam terrarum gestarum me-
moria elatum. uirum ut ipse dictitabat
in exterminium anglorum natum. primo impe-
tu castris exuit. mox cum omnibus copiis
deleuit. Cum uero contra quemcumque exercitum
in(n)umerum conflasset. his sermonibus in
bellum excitauit. ut aut uincendum
sibi cum nil tenere. aut moriendum nos-
sent. nichil de fuga meditantes. ex-
probrandi pudoris re uenturi. aut
legatis anglis cum britannis tam inique
marte confligere. ut contra illos psalmu(m)
te decantarent quos ultro per gloria lacessere
consueuissent. Itaque libertatem ad exercitus
animis et effusis uiribus. asserantque
cogitum de fuge impetu memoriam nul-
lam. Certe tam acer et tanto conflictu
ubique certum. ut recte dictum sit. illum
diem fuisse. quo nunquam britannos tristior
nunquam anglos aspexisset hilarior. Adeo
alteri omnibus uiribus consumptis ulterius respirare
non ausi. alteri sacre religione cum regis
magnanimitate consentiente iuui
mentum prouecti. Ex eo denique tempore.
cultus idolorum ad cineres corruit. et
ipse regnum latioribus quam edWinus ter-
minis. citra ullam necem hominum. viii. annis
cum quiete cohercuit. Huius regis laudes
historia panagerico prosequitur stilo.
quarum nos competentes particulas. ultima
quedam complectitur epilogo. Quinto. tamen. iam

Edwin

Ecce mediator fidei Anglie

Angleseye

De Oswaldo rege.

p. 18. 51

Occisio Edwini

pectore fidei fervor coaluerit. Facile ergo
hic animadvertentes, quod si quando antistes Aidanus Sco-
tice auditoribus facienda proponeret, et interpres
deesset, confestim rex ipse, qui vel indutus cla-
midem vel auro rigentem vel Tyrios murices
estuantem omnimodis non aspernaretur, corripiens
barbari sermonis involucrum, patria lin-
gua expediret. Est et vulgatissimum, quod
crebro appositis dapibus, cum omnes in cibos
dentes acuerent, mentes intenderent,
ipse voluptatem frenarit, penuria
sua pauperum mercatus gaudia. Unde ar-
bitror temperaliter esse absolutam celestis sen-
tentie fidem, quam divinum quondam resul-
tavit oraculum: Dispersit, dedit pauperibus;
iustitia eius manet in seculum seculi. Nam quod auditor mirari
debeat et inficiari non audeat, dextera il-
la regalis tantarum elemosinarum largitrix
hodieque cum brachio cute et nervis incor-
rupta viget. Tamen non corpus reliquum
preter ossa in cineres dissolutum communio-
nem mortalitatis non evasit. Et sed quod
in nullorum sanctorum corporale servitium nul-
li omnino labi consciencie. Quippe estimet
alii qui examine iudicium suum ponderet,
ego istud gratius et evidentiori miraculo
divinum esse pronuntio. Nam usu et pretio-
sa degenerant, et quicquid videtur rarum, predi-
catur uberius. Iam non superfluum censeo fidei
affectare, quibus sedulus fuit precibus in altum
porrigere, votis celos onerare. Adeo est
ista laus apostolorum in Oswaldo, que ut
nulla oratione indigeat cumulari. Quan-
do enim cogitatum neglexit, qui rebellione
perpendam regem Merciorum excitatam, custo-
patoribus fusis, ipse quoque ferratam silvam
in pectore gereret, nec atrocitate
vulnerum, nec mortis confinio potuit
argui, quin pro animabus fidelium suorum domi-
no supplicaret. Ita vir ingenuus in seculo
glorie, magnus apud Dominum gratie animam exuerit,
gloriosam tum apud posteros perfudit memo-
riam per multorum frequentiam. Rex enim non preda
sed convivatorum albo, hominem abunda-
te ditatus et nolle lascivire iuvatus. Itaque
defuncti brachia cum manibus et capite
insatiabile victoris ira defecta et sti-
piti appensa. Et corpus quidem ut dixi-
mus, placido nature situ est fotum iniectum
elementi abiit; brachia vero cum manibus
auctore Deo et teste veraci historico
inviolata durant. Ea a fratre Oswio apud
Bebbanburg urbem, ita vocant Angli,
composita scrinio, monstrata miraculo
idem asserit. Quod loci ex opinione fluc-
tibus, utrum ad hunc diem serventur, peri-

pere affirmatione non emitto. Sed quod alii
historiographi sunt temere professi, videlicet ipsius
monachi firmam illis constet, neque quicquam non abso-
luta fide dignum promittere. Caput tantum a beato Ae-
gmundo Lindisfarni humatum nunc Dunelmi
iuxta brachia beatissimi Cuthberti teneri a-
iunt. Ossa reliqui corporis cum regina Ostritha
uxor Ethelredi regis Merciorum, filia regis
Oswi, caritate patrui ducta Pardenia
monasterio suo, quod est in regione Merciorum,
non longe a Lindocolino civitate inferre
vellet, inventa intrepulsi monachi, in-
videntes mortuo quietem ossium, quod odiant
vivum, quod super eos bellico iure accepto
regnum. Sed intempesta nocte plurima de
celo super reliquias emissa, edocti factum
lenire tumorem, in equitate transire, ultro
postulantes quod ante reiecerant. Frequentabant-
que ibi virtutes divinitus sentiebat.
Pestilentissimi maxima copie, quicumque in-
plorasset languidus. Revirescit ex cadentium
sanguine campi cespes, plus solito florens,
quo natus sonipes, qui posito assyrium sinuosis
anfractibus ignis vitabundus effugit. Hec
vacavit a virtute lavature reliquarum
eius pulvisculus, quod ruinis inpositus integritati ra-
tionis est reddit. Accedit medele quod recen-
tem cruorem capitalis non bibat stipes, quo lo-
co hausit sanitatem desperatus. Unde illud
monasterium tanti thesauri est cum claruit,
habitantium sanctimonia et necessariorum copia
perfertur post quam Ethelredus rex ibidem coronam to-
sure monachice accepit, ubi et mausoleum
eius usque hodie visitur. Post multos annos
beatissimi Oswaldi ossa, cum ea loca infesta-
rent barbari, Gloecestriam translata. Locus
iste tunc monachos nunc canonicos habens
non multo incolitur habitatore. Fuit ergo Os-
waldus qui gentis sue primitias sanctitatis dedit,
quippe nullus ante illum Anglus quod sciam miraculis
claruerit. Qui post actam sancte vitam largeedan-
do elemosinas, crebrans inedia obsequia, pro-
telando excubias, pretermisso zelo eccle-
siastici cum gentili commercium, quam optabat ef-
fudit sanguinem; et quod timebat, sanctitatis in-
deret detrimentum. Nec fraudabitur profecto
martirii gloria, qui primo bone vite inten-
dens, promodum gloriose morti corpus impen-
dens, eorum terit vestigia. Et cumulationi
pene laude, quod illi singuli se singulos,
ille Deo concessit secum totos Northanim-
bros. Secularibus ergo humanis rebus excepto, Oswi-
us frater eius apud Bernicios, Oswinus filius Ostrici
decessoris sui ducit apud Deiros regnum occupa-
re. Quibus cum primo depunctarum divisione
modeste cum venisset, suspenso fede

in sua pacifice discessit. Verum non multo post per homines quibus nichil magis cordi erat quam discordias serere, pax incertis pactionibus sepe ludificata, ultimo penitus abrupta inventos abscessit facinus miserabile. Fuisse quidem regibus sodalitatis germanum videbitur, nec abstinuerunt quin eos pro ditum in ipsis erat committerent. Ibi tunc fortuna multis antea illecebris Oswiu adulata, scorpiacea cauda percussit. Namque propter penuria exercitus bello abstinendum ratus, suburbanum ruris clanculo concessit. Statimque a suis proditus ab Oswiu interceptus est et interemptus. Ut regem se factus ad retinendam gratiam civium largitione pecunie. Alie quoque sive ut fertur non negligens intus devotione. Ita Oswiu integer regni compos, quicquid non prospera molitur, quo existimationem suam purgaret, quo maiestatem augeret, atrocis facti offensam probitate morum preteriorum imminuens. Et primus quidem, ideoque amplissimum laudum ei cumulum excitat, quod fratrem et avunculum nobilitatis ultor Pendam regem Merciorum, illud vicinorum excidium, illud perduellionum seminarium, extinctioni dedit. Ex quo tempore tantum intravit quod omnibus pene Anglis vel ipse presedit vel presidentibus imperavit. Hinc totus ad officia pietatis conversus, ut de beneficiis in se confluentibus digna sedulitate responderet, ex anicule infantiam pene necem geminam in regno suo palpitantem, vivacitate regia erigere et pleno spiritu ardere concedit. Eandemque mox doctrina Scottorum adultam, sed in nonnullis ecclesiasticis observationibus fluctuantem, primo per Agilbertum et Wilfridum, postremo per Theodorum archiepiscopum canonico statu informavit. De eius Anglia adventu per quippe successio debetur gratia. Licet Egbertus rex Cantuarie pariter provincie intitulet illi delibet glorie. Deo in sanctis famulantibus frequentia constituens habitacula. Idque boni patrandi non reliquit exanguem. Nam preter monasteria tam feminarum tam monachorum ab Eboraco .xxx. milibus in boreali parte situm, antiquo vocabulo Streneshalh, nunc Wittebi nuncupatur. Quod ab insignis religionis femina Hilda ceptum, Edelfleda eius regis filia in regimine succedens magnis fiscalium opum molibus auxit, ubi et pater post .xxviii. annos regni defuncto funere regia persolvit. Illud cenobium sicut omnia eiusdem regionis tempore Danice infestationis quam dicemus inferius deletum, multa sanctorum corpora perdidit. Nam et sanctissime virginis Hilde ossa tunc Glastoniam translata, et aliorum sanctorum alias. Nunc nulla hic mutato nomine paululum per tempore restauratum, antique opulentie vix tenue presentat vestigium. Ab Oswio cui duo erant filii

minor Egfridus legitime susceptus regba-to notho successit, Etheldride uxoris sanctissime meritis quam suis commendatior. Denique duabus omnino rebus quas quidem in gestis Anglorum legerim predicandus, vel quod divine vacare volenti Etheldride indulserit, vel quod beatum Cuthbertum lacrimis assentatione religiosa perfusus in episcopatum promovit. Ceterum horret animus meminisse impietatis quam in beatissimum Wilfridum grassatus exhibuit, qui bonitatis illius nausiam concipiens patriam clarissimo lumine viduavit. Id in simplices protervus, quia more tirannorum nullum carere videat. Hibernenses gentem sane hominum innocentem et genuina simplicitate nichil unquam mali molientes vasta classe perdidit. At econtra in rebelles ignavius triumphos, Pictos eludens ipsum in victoriam amisit, quamque ab eorum rege Edelredo filio Pende in bello fugatus fratrem quoque amisit. Verumtamen hic post trienta ... in Wilfridum non commissa uxoris et episcoporum consilio ... rei assignari iubet presertim cum Beda noster adulari ei in libro de abbatum suorum vita presertim et deo dilectissimum vocet. Postremo .xv. regni anno expeditionem in Pictos agens, cum illi ingentes abditos et subito cedentibus pervicacius insisteret, cum omnibus fere copiis interiit. Pauci fuga lapsi rem domi nuntiarunt. Quam eius divinus Cuthbertus presciens futurorum conscientia et tunc retinere temptavit et in ipsa hora occasionis spiritu e celo effluente hauriens in effectum absens non tacuit. Sed Egfridi necem cum in segniorem famam vix locum ferret, et ad fratris Alfridi aures anxia percipienti pervenit epistola perempta. Is quippe notus ut diximus erat. Factione optimatum quamvis senior regno indignus estimatus, in Hiberniam seu vi seu indignatione secesserat. Ibi et ab odio germani tutus, et grandi ocio litteris imbutus, omni philosophia composuerat animum. Quo cetera imperii habenis habiliorem estimantes, quem quidam expulerant ultro expetiverunt. Necessitas medelam ad preces refudit. Nec eos ille spe sua frustratus est. Nam per .xix. annos summa pace et gaudio provincie prefuit, nichil unquam preter in persecutione magni Wilfridi quod livor edax carpere posset admittens. Hoc tamen idem crimine quibus pater et frater regnum tenuit, quod Picti recenti victoria insolentes abstinuissent, Anglosque pace ignaviores aggressi eorum

Osredus

Coenred

Osric

Celuulfus

ab aquilone decurtaverant. Habuit successorem filium Osredum .viii. annorum puerum, qui annis .xi. regnum inumbrans, tempusque vitae in sanctimonialium stupris exagitans, tandemque cognatorum insidiis cesus, eandem fortunam in ipsos refudit. Siquidem Centred duobus et Osricus .xi. annis regnantes, hoc tantum memorabile habuere, quod domini sui, licet merito ut putabatur occisi, sanguinem luentes, fedo exitu vitas polluere. Meruit sane quietior abiret Osricus, multumque ut genitus aut aliis iactantior vivebat, quod Celuulfum Centredi fratrem vivens sibi successorem adoptavit. Conscendit ergo tremulum regni culmen Celuulfus, abida .viii. annis, et idoneus ad cetera, et cui non deesset litteratura perita de antiquis et alacri studio comparata. Validat ad veritatem (?) sermonis mei Beda, qui eo tempore quo maxime scientia vigebat litteris Britannia, huic potissimum Anglorum historiam elimandam optulit, eligens nimirum in illo auctoritate benedicta roborandi pro impetu (?) et scientia propria dicta emendandi pro ingenium. Cuius anno .iiii. idem historie post multos in sancta ecclesia libros elaboratos, celestem patriam quam diu suspiraverat ingressus est, anno dominice incarnationis .DCCXXXIIII. etatis sue quinquagesimo .ix.: vir quem mirari facilius quam digne predicare possis, quod in extremo natus orbis angulo doctrine choruscantis terras omnes perstrinxerit. Nam et Britannia, que a quibusdam alter orbis appellatur, quod occeano interfusa non multis cosmographis comperta est. Istic in remotissima sui plaga locum nativitatis et educationis eius Scottie propinquum. Plaga olim et suave halantibus monasteriorum floribus dulcis, et urbium a Romanis edificatarum frequentia renidens, nunc vel antiqua Danorum vel recenti Northanimbrorum populatu alliceat pretendit. Ibi est Wirus nec egene latitudinis, nec segnis cognitus amnis, qui pelago influens naves sepe ammiratas vectas aura placido ostio excipit gremio. Cuius utrasque ripas Benedictus quidam ecclesiis insignivit, et monasteria ibidem construxit: alterum Petri, alterum Pauli nomine, caritatis et regule unione non discrepantia. Huius industriam et patientiam mirabitur qui leget librum quem Beda composuit de vita eius et reliquorum abbatum suorum. Industrie est quod copiam librorum advexit, quod artifices lapidearum edium et vitrearum fenestrarum primus omnium Angliam ascivit, totius enim pene vite talia intellige-

do peregrinatur. Ipse studio advehendi cognatis aliquid insolitum, amore patrie et voluptatis elegantie asperos fallebat labores. Neque enim ante Benedictum lapidei tabulatus domus in Britannia nisi perraro videbantur, neque perspicuitate vitri penetrata lucem edibus solaris iaciebat radius. Patientie quod in possessione cenobii sancti Augustini apud Cantuariam habens venienti Adriano cesserit, ut veneratus beati Theodori archiepiscopi sedulus fieret magisterii. Quod dum paliens tenens et citatus diu absens subintroductum a monachis Wirensibus se ingrato equanimiter immo magnanimiter tulerit, domumque reversus pariter illi honorem in cessu in omni poro potestate communicavit. Quin et paralisi tam valide ut nichil actuum ei esset flexibile cum constituerit, quod alter decessor Christum eidem nimium decoqueret valitudine. Cumque morbus increscens iam quatieret vitalia solio ad se delato solo nutu valedixit. Sed nec ille prestantius valuit, rependere officium ut potere quam propinquiore tendebat aderat. Siquidem ante Benedictum defunctus est. Successit Celfridus, sub quo cenobiales possessiones in summum provecte sed cum diutino senio vivendi renuntiasset, desiderio Romam ire properaret, senilem animam dum sic ut sperabat effusurus ius apostolis. Sed voti effectu carens natale debitum apud Linguonis civitatem implevit. Reliquie ossium deinde tempore Danice vastationis cum ossibus beate Hilde Glastoniam portate. Horum abbatum gloria quamvis per se satis emineret, conspicuus alumnus eorum Beda tamen splendidiorem excellentiam urget. Siquidem sepultus sit. Gloria patris filius sapiens, quod alterum est monachavit, alterum educavit. Quod quia ipse Beda per gobendio notitie subiecit, omnem vitam suam quodam epilogo comprehendens, ipsius verba lector recognoscat licebit: nec in eis sermonibus ut pictus varius ipsa nove forme pudet necessitas. Ait ergo in fine Anglorum ecclesiastice historie vir tam incertis tam in his laudabilis, quod verum vitam cunctisque suum cognitionem postilis non invidit. Hec de historia Britanniarum Deo adiuvante digessi Beda famulus Christi et presbiter monasterii beatorum apostolorum Petri et Pauli, quod est ad Wiremunda. Qui natus est in territorio eiusdem monasterii, cum essem annorum .vii. cura propinquorum datus sum educandus reverentissimo abbati Benedicto ac deinceps Celfrido. Cunctumque ex eo tempus vite in eiusdem monasterii habitatione peragens, omnem meditandis scripturis operam dedi atque inter observationem discipline regularis et cotidianam cantandi in ecclesia curam semper

De morte Bede

2·

De beda venerabili presbitero

Celfr.

discere aut docere aut scribere dulce habui.
Nono autem decimo vitae meae anno diaconatum,
tricesimo gradum presbiteratus, utrumque per ministerium re-
verentissimi episcopi Iohannis, iubente Celfrido abbate, susce-
pi. Ex quo tempore accepti presbiteratus usque ad annum
aetatis meae quinquagesimum nonum, meae meorumque
necessitati ex opusculis venerabilium patrum bre-
viter haec annotare, sive etiam ad formam sensus et inter-
pretationis eorum adicere curavi. Denique enumeratis
xxxvi voluminibus quae in lxxviii libris edidit,
addidit: Teque deprecor, bone Iesu, ut cui propitius
donasti dona tuae scientiae dulciter haurire,
dones etiam benignus aliquando ad fontem omnis scientiae
pervenire, et parere semper ante faciem tuam. Pre-
terea omnes ad quos haec historia pervenire poterit
nostrae nationis legentes sive audientes sup-
pliciter deprecor, ut pro meis infirmitatibus et
mentis et corporis apud supernam clementiam saepius interve-
nire meminerint, et hanc in suis quoque pro-
vinciis suae remunerationis vicem rependant,
ut qui de singulis provinciis sive sublimioribus locis
quae memoratu digna atque incolis grata credidi
diligenter annotare curavi, apud omnes fructum
piae intercessionis inveniam. Deficit hic ingenium,
succumbit eloquium, nescientis quid potius laudem,
librorum numerositatem, an sermonum sobrietatem.
Infuderat eum procul dubio non indigo haustu
divina sapientia, ut angusto vitae spatio-
lo tanta elaboraret volumina. Adeo quod fer-
tur Romam ivisse, vel libros suos ut ecclesiasti-
cae doctrinae convenire praesens assereret, vel
si resultarent apostolico nutu corrigeret. Ve-
rum quod Romae fuerit solide non affirmo, sed eum
illuc invitatum haud dubie pronuntio. Quod
haec epistola clarum faciet, simulque quanti pen-
dit eum Romana curia, ut eius tanto opere
desideraret. Sergius episcopus servus servorum Dei

Littera Sergii pape pro Beda requirendo

Celfrido religioso abbati salutem. Quibus verbis ac
modis clementiam Dei nostri atque memorabilem
providentiam possumus effari, et dignas gratiarum
actiones pro immensis circa nos eius beneficiis per-
solvere, qui in tenebris et in umbra mortis positos
ad lumen scientiae perducit. Et infra. Benedictio-
nis interea gratiam, quam nobis per praesentem portitorem
tua misit devota religio, libenti et hila-
ri animo, sicuti ab eo directa est, nos sus-
cepisse cognosce. Oportunis igitur ac dignis
sollicitudinibus amplectendae tuae petitionibus
arctissima devotione faventes, hortamur
in Deo dilectam religiositatis tuae bonita-
tem, ut quia exortis quibusdam ecclesiasticarum
causarum capitulis non sine examinatione
longius innotescendis opus nobis sit ad confe-
rendum arte litteraturae imbuti, sicut decet
Deo devotum auxiliatorem sanctae matris uni-
versalis ecclesiae obedientem devotione huic nostrae
adhortationi non desistas accommodare, scilicet
absque aliqua remoratione religiosum Dei fa-
mulum Bedam venerabilis monasterii tui presbiterum
ad limina apostolorum principum dominorum meorum
Petri et Pauli, amatorum tuorum ac protectorum,
ad nostrae mediocritatis conspectum non moreris
dirigere; quem favente Domino sanctis tuis precibus non
diffidas prospere ad te redire, peracta praemissorum
capitulorum cum auxilio Dei desiderata sollempni-
tate. Et cetera. Ut credimus cunctis eius
profuturum, quicquid ecclesiae generali claruerit per
praestantiam impertitum. Ita tam celebris erat
fama, ut quaestionibus enodandis indigeret eo
sullimitas Romana. Nec vero umquam Galli-
canus [?] invenit in Anglo quod argueret minus.
Adeo latinitas omnis eius fidei et magisterio pal-
mam dedit. Nam et fidei sanae et inincuriose [?] sed
dulcis fuit eloquentiae, in omnibus explana-
tionibus divinarum scripturarum magis illa
rimatus quibus lectorem dilectione Dei et proxi-
mi combiberet, quam illa quibus vel sales libaret
vel linguae rubiginem limaret. Porro de vi-
tae illius sanctitate dubitare quemquam arcet il-
lius irrefragabilis dicti veritas, quod protulit
in mundo divinae sophiae maiestas: In mali-
volam animam non introibit sapientia, nec
inhabitabit in corpore subdito peccatis. Quod de mundana
sapientia profecto non dicitur, quae indifferenter
hominum cordibus illabitur, et qua crebrius pes-
simi nullasque ad aeternum Deum ponentes me-
tas saecularibus potiores conspiciuntur, iuxta illud divi-
num: Filii huius saeculi prudentiores filiis lucis
in generatione sua sunt. Sed illam sapientiam notat quae disci-
plinae effugiet fictum, et quae separat se a co-
gitationibus quae sunt sine intellectu, dico bene
vivendi. Unde pulcherrime Seneca in
libro de causis commemorat Catonem
oratoris officium definientem dixisse: Ora-
tor est vir bonus dicendi peritus. Emundabat
ergo ecclesiasticus orator prius conscientiam suam,
ut sic accederet ad recludendam mysti-
corum secretorum intelligentiam. Quomodo enim fieri
potest ut serviret vitiis, qui medullas
intimas haurire et totas cogitatio-
nes consumeret in scripturarum expositionibus?
Nam ut fatetur in libro tertio super Samue-
lem, expositiones suae si nihil aliud affer-
rent lectoribus emolumenti, hoc sibi non me-
diocriter valerent, quod dum haec omni studio
agebat, lubrica saeculi et inanes cogitatio-
nes post tergum ponebat. Defecat [?] itaque in-
teriora velaminis [?] quae intus exceperat animo
foras efferens sermone castigato.
Servitium animi ei pura sinceritas et

Sed ea puritas mali tempore obitus proximo
excelluit. Siquidem continuis .vii. ebdoma
dibus indignatione stomachi cibos nausians,
egrotus; et angusto suspirio anhelitum producens,
adeo ut eum incommoditas lecto prosterneret: nun
quam litteralium studiorum reiecit operam. Toti
illi diebus preter debitum psalmodie pensum assi
duus ad discipulos lectionibus ruminandis;
et absoluendis questionum diffi
cultatibus; consuetudine ualitudinis decipere
suspensa ingenti cogitatione intendebat.
Euangelium quoque Iohannis quod difficultate sui
mentes legentium exercet. his diebus in lin
guam interpretatus anglicam. condescendit
minus imbutis latina. Subinde quoque mo
nebat discipulos dicens. Discite filio
li. dum uobiscum sum. Nescio enim quamdiu sub
sistam. et si post modicum tollat me fac
tor meus. et reuertatur spiritus meus ad eum
qui misit illum. et in hanc uitam uenire concessit.
Diu uixi. bene consuluit michi dominus meus
in huius uite spacio. Cupio iam dissolui et esse
cum Christo. Plerumque spe metuque libratus. cum
neutrum preponderaret: inferebat. Hor
rendum est incidere in manus Dei uiuentis. Non ita
inter uos uixi. ut pudeat me uiuere; sed nec
mori timeo. quia bonum dominum habemus.
Sanctissimi Ambrosii morientis dictum
imitatus. felix qui tam secura loquebatur con
scientia. ut nec cum uiuere puderet. nec
mori timeret. hic non reuitans aspectus ho
minum: illic occultum Dei equanimiter ex
pectans arbitrium. Sepe in doloris presso
his exemplis respirabat. Aurum probat
fornax: et uirum iustum temptatio tribulationis.
Non sunt condigne passiones huius temporis
ad f. g. q. r. in nobis. Presserant dicta la
crime suspiriorumque difficultas. Iam uero noc
tibus. quia deerant qui docerentur uel uerba excip
erent. lucubrabat ipse per noctem in gratiarum
actione et psalmorum cantu; implens
sapientissimi uiri dictum. ut numquam
minus solus esset quam cum solus esset. Si quando sopor
irreperet palpebris. qui erat modicus et gra
uis: confestim excussus turbatusque; af
fectum Deo semper intentum: hac uoce prode
bat. Suscipe domine seruum tuum in bo
no. n. c. s. Fac cum seruo t. s. m. tuam. Hec
et alia ex reliquiis memorie preterite uite
acceruabant horum exempla que premebat per
tempus interualla prout leniebat infesti
morbi angustia. Feria uero tercia ante as
censionem domini adgrauescente inualescere
te incommodo. modicus tumor in pedi
bus ei apparuit. haud dubie uicine
mortis presagus et index. Tunc accita con

gregatione inunctus et communicatus. osculo
cunctis libato futuram sui memoriam a singulis
implorans: cuiusque nullius et familiarem amicitiam
emeritis xeniola que in secretis habebat largitus:
die uero ascensionis cum iam anima fragilem usum cor
poris exosa egredique gestiens palpitaret. contra
oratorium in quo consueuerat orare cilicio sub
iecto decumbens illibato sensu et hilari
uultu spiritus sancti gratiam inuitabat dicens.
O rex glorie. d. u. qui triumphator. h. s. o. c. a.
ne d. n. o. s. m. p. p. in nos spiritum u. Hac ora
tione finita supremum efflauit, subsequente
et omnium naribus oppletis odore quale nec cin
namoma nec balsama suspirant sed para
disiaco. et quale uinali undique locorum exha
lat leticia. Humatus est tunc in eodem monasterio:
sed cum beato Cuthberto nunc situm fama confirmat.
Sepulta est cum eo pene omnis gestorum noti
cia. usque ad nostra tempora. Adeo nullus Anglorum
studiorum eius emulus. nullus gratiarum eius sequax
fuit qui omisse monete lineas prosequeretur.
Pauci quos equus amauit Iesus. quamuis litteris
non ignobiliter informati. tota uita ingratum con
sumpsere silentium. Alii uix primis labris illas
gustantes. ignauum confouere ocium. Ita cum
semper pigro succederet pigrior: multo tempore
in tota insula studiorum detepuit feruor.
Magnum ignauie testimonium. dabunt
uersus epitaphii: pudendi prorsus, et tanti uiri
mausoleo indigni. Presbiter hic Beda requiescit
carne sepultus. Dona Christe animam in celis gaude
re per euum. Daque illi sophie debriari fonte: cui
iam suspirauit ouans intento semper amore.
Potest ne ulla excusatione hic attenuari
pudor. ut nec in eo monasterio. ubi uiuente
illo totius litteratus gimnasium exultabat,
potuerit inueniri homo qui memoriam illius
formaret: nisi exiliter miserabili stilo.
Sed de his satis dictum. Hec quod in manibus erat
repetam. Celuulfus cum christianam quietem
existimans terrenis negotiis immori: post
annos regni .viii. regem exuens. in Lindi
farnensi ecclesia monachum accepit. Quo loci
quanta mirorum gratia gratulatus sit: testatur celebris
iuxta beatum Cuthbertum sepultura et multa
superne dimissa miracula. Prouidit an
ne uacillaret respublica. substituto
in regnum Egberhto patrui filio. Quod ille
acceptum bonorum terrenis orbitam. uiginti an
nis egregio moderamine cohercuit. Habuit
fratrem equiuocum Eboraci archiepiscopum: qui et
sua prudentia et germani pecunia. sedem
illam ingenuum statum reformauit. Ut
quod cum uir Anglorum gesta legenti constat: in
primitiis Paulinus eius urbis primus antistes.
in hostilitatis loco pulsus. et apud Roue

De obitu uenerabilis bede p.
Celuulf p's monach'
Egbt Rex
Egbt archiep' Ebor'

cestrie die obiens. ibique illud insigne
pallium quod ab honorio papa susceperat re-
liquit. Plures post eum tantę urbis presules sim-
plici episcopatus nomine contenti nichil altius anhela-
uerant. At uero egbertus intronizatus, animosio-
ris ingenii homo cogitansque quod sit superbum
si appetas indebita, ita ignauum si debi-
ta negligas, pallium in sua throni aposto-
lici appellatione reparauit. Hinc omnium libera-
lium artium ut ita dicam armarium et sacra-
rium fuit, nobilissimamque bibliothecam
eboraci constituit. Cuius rei testem idoneum
aduoco Alcuinum, qui a regibus Anglie pro
pace missus ad regem magnum Carolum
et benigno apud eum fotus hospitio, in epistola
ad Eanbaldum tertio loco successorem Egberti ait.
Laus et gloria deo, qui dies meos in prosperitate bo-
no conseruauit, ut in exaltatione filii
mei carissimi gauderem, qui laboraret ui-
ce mea in ecclesia ubi ego nutritus et educatus
fueram, et preesset thesauris sapientię, in quibus
me magister meus dilectus Egbertus archiepiscopus
heredem reliquit. Item Karolo augusto: date mihi ex-
quisitiores eruditionis scolasticę libellos quales
in patria habui per bonam et deuotissimam
magistri mei Egberti archiepiscopi industriam.
Et si placet sapientię uestrę, remittam aliquos
ex pueris nostris qui excipiant inde quęque necessa-
ria et reuehant in Franciam flores Britan-
nię, ut non sit tantum in Eboraco ortus conclusus,
sed et in Turonica emissiones paradisi. Hic
est Alcuinus qui ut dixi pro pace Franciam missus,
ibi apud Carolum seu celi amenitate seu regis
humanitate captus resedit, magnique apud
eum habitus, ipsius animum quantum ab aulicis
curis uacabat, dialectica et rethorica
et quoque astronomia probe composuit. Erat enim
omnium Anglorum quos quidem legerim post beatum Aldel-
mum et Bedam doctissimus, multisque libris in-
genii periculum fecit. Iacet in Francia apud
sanctum Paulum de Cormarico, quod cenobium
Carolus magnus eius consilio construxerat. Unde
hodieque quatuor monachorum uictus et potus
pro eiusdem Alcuini anima cotidiane inferuntur ele-
mosine in eadem ecclesia. Sane quoniam ad id
locorum uenimus ut Caroli magni mentio ultro
se ingereret, uolo de linea regum Francorum,
de qua multa fabulatur antiquitas, ueritatem
subtexere. Nec multum a proposito elongabor,
quia progeniem eorum nescire, dampnum duco sci-
entię, cum et confines nobis sint, et ad eos maxi-
me Christianum spectet imperium. Et forte
quidam non iniocundum uidebunt, si hi percurrant
compendium, quibus magna uolumina euol-
uere non erit otium. Franci a ferita-
te morum dicti, quod iussu primi Ualentinia-
ni imperatoris Alanos in Meotidas paludes re-
fugientes eiecerint. Parua gens primo et exilis
incredibile quantum breui adoleuit, decen-
ni uectigalium indulgentia. Hoc enim pacto
ante bellum salutis discrimen inierant. Ita ac-
cedente libertate, multum euecti, primo maxi-
mam partem Germanię, procedente tempore totas
Gallias occupantes, signa sua comitari coegere.
Unde Lotharingi, Alamanni, et ceteri cisrena-
ni populi, qui Teutonicorum imperatori subiecti sunt,
magis proprie se Froncos appellari iubent,
et eos quos nos Francos putamus, Galuualas
antiquo uocabulo quasi Gallos nuncupant.
Quibus et ego assensum commodo, sciens quod Carolus
magnus, quem regem Francorum fuisse nemo qui
eat inficias, ea gentilitia lingua usus
sit qua Franci cisrhenani utuntur. Legenti
uitam Caroli occurret in promptu, quod sermo-
nis a uero nexulat. Anno dominicę incarnationis ubi
ccccxxv Franci primum regem habuerunt Fa-
ramundum. Nepos Faramundi fuit Mero-
ueus, a quo cuncti post eum reges Francorum usque
ad Pipinum Merouingi uocati sunt. Eodem modo
et filii regum Anglorum a patribus patronomi-
ca sumpserunt, ut filius Edgari Edgaring, filius Ed-
mundi Edmunding uocentur, et ceteri in hunc
modum. Communiter uero Ethelingi dicuntur. Natal
ergo lingua Francorum communicat cum Anglis, quod
de Germania gentes ambe germinauerint. Feli-
citer et potenter regnauerunt Merouingi usque
ad annum incarnationis domini DCC.LXXXVII. Tunc enim Pi-
pinus filius Ansgisi comes palatii apud cisrena-
nos Francos factus, is captatis occasionibus
quibus ambitum palliaret, Teodoricum dominum suum
Merouingorum fecem sub iugum misit. Et ut
facti leniret infamiam, specie tenus a regis
nomine donato, cuncta intus et foris regebat
pro libito. Huius Pipini genealogia supra
infraque contexta est ita. Ansbertus senator ex filia
Lotharii patris Dagoberti Blithilde genuit Har-
noldum. Arnoldus sanctum Arnulfum Metensem
episcopum. Arnulfus genuit Flodulfum, Walchisum, An-
chisum. Flodulfus genuit Martinum ducem
quem interfecit Ebroinus. Walchisus genuit sanctissimum
Wandregisilum abbatem. Anchisus dux genuit
Ansegisum. Ansegisus genuit Pipinum. Filius Pipi-
ni fuit Carolus Tudites, quem illi Martellum
uocant, quod tirannos per totam Franciam emergen-
tes contudit, Sarracenos Gallias infestan-
tes egregie depulit. Hic paterne sequax sen-
tentię reges tenuit in clientela, co-
mitis contentus nomine. Reliquit filios duos
Pipinum et Carolomannum. Carolomannus
incertum qua de causa seculum reliquit et tonso-
ratus in monte Cassino. Pipinus a Stepha-
no papa successore Zacharię apud sanctum

De Alcuino

Francia

dionisium in regem Francorum et patricium
Romanorum coronatus, illa imperatoribus Co-
stantinopolitanis iam dudum absoluta uirtu-
te degenerantibus, nec ullam Italie uel ecclesie Ro-
mane opem ferentibus, que multis annis ty-
rannidem Longobardorum suspirauerant. Idem
papa iniurias illorum potestati Francorum
deplorauit. Quapropter Pipinus Alpibus tran-
scensis Desiderium regem eorum ita coarta-
uit, ut ablata ecclesie Romane resti-
tueret, et ne repeteret sacramento fir-
maret. Franciam reuersus post aliquot annos
obiit, superstitibus Carolo et Carolomanno.
Carolomannus post biennium finem habuit.
Carolus nomen magni ab effectu sortitus,
duplo quam pater habuerat regnum ampli-
auit; triginta et eo amplius annis simpli-
ci regis nomine fastigatus, et ab appellatione impera-
toria quamuis sepe ab Adriano papa inuita-
tus abstinens. Uerum eodem apostolico defunc-
to, consanguinei eius Leonem sanctissimum, qui successe-
rat, plagis in ecclesia beati Petri affecissent,
adeo ut linguam mutilarent, et lumina te-
nebrarent, Romam ad reformandum statum
ecclesie ire maturauit. Ibi ultionem in improbos
executus tota hieme resedit, apostolicum per
Dei miraculum plane loquentem et clare uiden-
tem pro tribunali restituens. Inter has moras
quirites collato cum presule consilio die natalis
Domini augustum inopinate acclamant.
Quod cognomen licet inuitus ut insuetum ad-
misisset, perstitit tamen animositate qua dice-
bat contra imperatores Constantinopolitanos de-
fendens. Ludouicum filium heredem rerum
constituit. Ex eius genere regnauit in illa re-
gione, que nunc proprie Francia dicitur, usque ad Hu-
gonem cognomento Capet, a quo descendit
modernus Ludouicus. Ex eadem progenie reg-
nauerunt in Alemannia et Italia usque
ad annum Domini nongentesimum xii. Tunc H.
Cuonradus rex Teutonicorum illud imperium
arripuit. Huius nepos fuit Otta maximus, nichil
probitatis debens omnibus ante se imperatoribus. Ita
uirtute gradatim mirabili hereditatem ipi-
sius reliquit posteris. Iam modernus Henricus gener
Henrici regis Anglie ex eius sanguine lineam
traxit. Sed ut ad inceptum redeamus. Alcuinus
licet in Francia a K. magno monasterio
beati Martini placatus esset, non tamen immemor
compatriotarum, in amicitia eorum imperatorem
continere, illos crebris epistolis ad bonum incita-
re. Dictorum eius hic pauca intexam, quia cito post
obitum Bede [illegible] et ecclesia studium librorum
emarcuit, et post mortem Egberti regnum Nor-
thanimbrorum propter malorum morum peruicaciam
pessum iuit. Ait ergo ad Wiorenses, apud

quos Beda uixit et obiit, ex obliquo fecisse ar-
guens quod ne faciant rogat. Assuescant
pueri astare laudibus superni regis, non uul-
pium fodere cauernas, non leporum fugaces sequi
cursus. Discant nunc sacras scripturas, ut etate
perfecta alios docere possent. Recogitate
nobilissimum nostri temporis magistrum Bedam
presbiterum. Quale habuit in iuuentute discendi
studium, quale nunc habet inter homines laudem, et
multo maiorem apud Deum remunerationis gloriam.
Item ad Eboracenses. Non propter auri auaritiam, tes-
tis est mei cognitor cordis, Franciam ueni, nec
remansi in ea, sed causa ecclesiastice neces-
sitatis. Item ad Offam regem Merciorum. Ego paratus
eram cum muneribus Caroli regis ad uos uenire,
et patriam reuerti. Sed melius mihi uisum est propter pacem
gentis mee in peregrinatione remanere, nes-
ciens quid fecissem inter eos, inter quos nullus securus
esse uel in salubri consilio proficere potest. Ecce loca
sancta a paganis uastata, altaria periuriis
fedata, monasteria adulteriis uiolata, terra san-
guine dominorum et principum maculata. Item ad Egel-
redum regem, qui tercius post Egbertum regnauit. Ecce
ecclesia sancti Cuthberti sacerdotum sanguine aspersa, omnibus
spoliata ornamentis. Locus cunctis in Britan-
nia uenerabilior paganis gentibus datur ad
depredandum. Et unde primum post discessum sancti Paulini
in Eboraco christiana religio in nostra gente sump-
sit exordium, ibi miserie et calamitatis cepit
initium. Quid significat pluuia sanguinis, quam qua-
dragesimali tempore in Eboraca ciuitate, que cap-
tut totius regni est, in ecclesia beati principis apostolorum
uidimus de borealibus domus sereno aere de sum-
mo tecti minaciter cadere? Nonne potest putari
a borealibus partibus uenire sanguinem super terram?
Item Osberto patricio Merciorum. Iterum regnum Nor-
thanimbrorum pene periit propter intestinas
dissensiones et fallaces iurationes. Item
ad Alardum Cantuariensem archiepiscopum.
Hoc dico propter flagellum quod nuper accidit parti-
bus insule nostre, que prope ccc et xl annis habi-
tata est a parentibus nostris. Legitur in libro Gilde
sapientissimi Britonum, quod idem Britones propter
auaritiam et rapinam principum, propter iniquitatem et
iniusticiam iudicum, propter desidiam predicationis episcoporum,
propter luxuriam et malos mores populi patriam perdiderunt.
Caueamus hec eadem uicia nostris temporibus inolescere,
quatinus benedictio diuina nobis quam in nobis sua
misericordissima pietate donare dignata est.

Planum ut arbitror factum est, quanta la-
be, quanta peste obliuio litterarum
et lubrici mores proditorum hominum Anglie inuase-
rint. Que uerba ad cautelam legentium posi-
ta hec inserta historiola locum habebant.

Egbertus itaque frater eius in religione co-
mmaque tonsus Osulfo filio illeque post annum

acuub; innocent' oes mollon locu fecit
h xi. annis satis inpigre regno funct'
insidiis alcredi occubuit. Alcred' decimo
regni qd inuaserat anno. cede a puin
cialib; expuls' e. Ethelbt' q; fili mollonis
eor cosensu rex leuat'. qrto anno abensd'
expuls' e. Te rex alsuuold' acclamat' p
xi. annos pfidia puincialiu ingemuit.
sine culpa trucidat'. Qd 7 celebs apd
haugustaldu sepulta 7 diuina ptenderi
miracla. Et nepos suus fili alhredi os
red' succedens. uix q; anno emsso expuls' e.
regnu ethelbto q 7 adelred' dict' e
uacuauit. Is fili mollonis q 7 adelwald'
uocabat' fuit. regnuq; p xii. annos exi
lii recipiens. iiii. annis tenuit. Qb' ex
actis fatu supior effuge n ualuit mise
re occis'. Qre offensi ples epi 7 opta
mates a patria refuge. Qda pnto plerq
affirmato. qd in occasione ita ostreni
cosensu suu obligauit. cu fusfice po
tuerit. qd pncipatu eiect' sede illi res
tituit. Vel regni exordio. Alcuuin'
ita memorat. Benedict' ds q fac mirabi
la sol'. Nup edelred' fili edelwaldi de
carce pcessit insolui 7 de miseria inma
iestate e regni nouitate detenti sum' ne
uenirem' ad uos. De nece ita ad offa rege
merciorum. Sciat ueneranda dilectio ura.
qd domn' rex carol' amabilit 7 fidelit
sepe mecu locut' e de uob. 7 in eo habea
fidelissimu amicu. Io 7 ure dilectiom
digna dirigit munera. 7 p epales sedes
regni nri. Simit' delredo regi 7 ad suas
epor sedes dona direx. S; heu ph dolor.
donis datis 7 eplis in man' missor. sup
uenit tristis legatio p missos q de scotia
p uos reuisi st' de infidelitate gentis 7
nece regis. Ita karol' retenta donor
largitate intantu irat' e. ut illa gente
ut ait pfida 7 puisa 7 homicida dnor
suor peiore ea paganis estimans. ut n
ego intercessor eem p ea qcqd eis boni ab
strahe potuisset. 7 mali machinaria.

Post edelredu null' psecisset.
ad regnu ascende aus'. du q sq;
supior scasu timet. 7 ocio inglo tut'
uictitare q ancipiti discrimine pendul'
regnare mallet. Plerosq; n. regu nor
thanumbror pene familiari exitio ui
tam exisse. Ita cessante rectore. p xxx
iii. annos puincia illa risui 7 pde finti
mis fuit. Siqde ii dani qs exu b alcui
ni loca scor poplatos fuisse sup ostendi
m'. domu regis. ceteris insule copiam
habitator q; ignauia nuntiare. bar

bari rapti copioseq; insula petentes illa
usq; in id temp' partes occupare. Ha 7 rege
inltas annis habuere ppu q ti ad regis
West saxonu spectaret arbitriu. Transacti
s. ut xxxiii. annis hac 7 regione cu ce
teris obtinuit rex egbirt' anno dnice in
carnationis octingentesimo uicesimo
vii. regni sui xxviii. E qr temp' attingi
m' ia ne pmissioni ire recordati de reg
no merciorum pauca subiciem'. qr 7 placet
nob dicendi parsimonia 7 n arridet
multa dicendor materia.

Anno dnice incarnationis
sexcentesimo. xxvi. p morte
hengesti. anno centesimo tcesimo nono.
penda qda fili bibbe. a Wadeno dicim'
stirpe inclit' belli industrius ideq; fa
natic' 7 ipi apd mercios regis nom psupsit.
cu ia quiquegenari fregntib' qt finitimos
excursionib' nutisset audacia. Itaq; ar
repto regno eger qete anim' 7 q nesciret
quiti scel' eet sociali uince bello urbes
pximas qere copacotar fines regni
inegtare. pris magno tumultu 7 tro
te agere. Qd. n. n audet. q lumina
brittanie edwinu 7 oswaldu. reges
northanumbror sigebtu. egricu. an
na reges orientaliu anglor. in qb' ge
nis claritas 7 uite scitas eqrabat.
temeritate nefaria extinxit. Cenwal
chui q' West saxonu rege bello bisq;
lacessitu in exiliu copulit. q uis ille
merito pfidie. culpa luerit q in dm fi
de ille abnegando 7 in ipsu penda so
rore ei' repudiando peccauat. Iam
onerosu dictu e. qd oib' occasionib;
cedui in hians. 7 uelut coru ad nido
re cadauis aduolans ult cedwalle
i auxiliu accererit 7 ad recupandu
regnu magno emolumto fuit. Ita
p annos. xxx. incognitos gsat'. nich
adus' exteras gentes memorandi cos
misit. S; inuenit tande effrenis
cupiditas idoneu mitus fine. Siqde
ab oswio q oswaldo fri successerat.
magis p dn iruite q p manu milita
re cu auxiliis suis infernaliu aiar
numer' auxit. habuit ex regina
kinesuintha filios Weda. Wlferu
ethelredu merwaualdu. mercelmu.
filias duas keneburga 7 kineswitha.
ambas sca cotinetia pcellentes. Ita
parens pperuo in dm rebellis scis
simos celo fruct' effudit.

Successit illi in parte regni.
Weda fili oswii dono auii

De regno merciorum

Cap IV

libus militans plaustris. Strenuus ephebus et
eidem Oswiu et patre vivente gener:
Alchfledam filiam eius ea conditione acceperat, ut
Christianitatem amplectens, idolis abrenun-
tiaret. Cuius fidei participem provinciam
suam arridente regni serenitate, Deo
suffragante, facere procurasset, nisi tam
leta principia mors per insidias uxoris
ut dicitur festinata succideret. Tunc regnum
Oswius suscepit, quod sibi et victorie et pa-
terne affinitatis iure in filium competere
videbatur. Sed animositas provincialium
non ultra tenuium potuit ferre regnantem.
Expulsis ergo eius ducibus Wlferoque, Pende
filio, in nomen regni acclamato, liberta-
tem recepit.

Wlferus ne spem civium falleret,
sedulo satagere, magnus et animi
et corporis viribus talem se principem osten-
tare. Denique Christianitatem vix in regno
suo palpitantem et per fratrem initiatam favo-
re suo enixissime iuvit. Primus fere
omnium a rege Westsaxonum Cenwalco af-
flictus, sequentibus consilii vivacitate iniu-
riam propulsans, et ipsum Wecthe insule
dominio mutilavit. Eandemque tunc sacrile-
gos adhuc anhelantem ad rectum tra-
mitem inflectens, non multo post regi Aus-
tralium Saxonum Edelwalkio quem in bap-
tismo susceperat, gratia fidei dedit. Verum
enim vero hec et cetera eius bona inficit, et de-
primit quasi simonie nota, quod primus regum
Anglorum sacrum episcopatum Lundonie cuidam
Wine ambitioso venditavit. Habuit
in matrimonio filiam regis Cantuariorum
Ercombriti Ermenhildam, et ex ea genuit
Kenredum et Wereburgam virginem sanctis-
simam, que Cestre iacet. Frater eius Merewal-
dus Ermenburgam filiam Ermenredi fratris
eiusdem Ercomberti uxorem habuit, susce-
pitque ex ea filias Milburgam que Wene-
loch, et Mildritham que Cantie in monas-
terio sancti Augustini requiescunt, et Mildri-
tham, et filium Merefinum. Cineburgam
Pende filiam Alfridus rex Northanhumbro-
rum duxit uxorem. Que primo dum carnali
copula fastidita, sancti habitum suscepit
in monasterio quod fratres sui Wlferus et Ethel-
redus construxerant.

Wlfero post xix. annos defuncto,
regnavit frater eius Ethelredus, ani-
mi religione quam pugnandi exerci-
tatione celebrior. Denique una et ipsa
illustri expeditione in Cantiam exercitus
ostendisse virtutem, reliquam vitam o-
cio inservivit. Nam quod regem Northan-
humbrorum Egfridum metas regni transilientem
adortus pugna domum redire commonuit
Elfuuino fratre ceso. Hanc sane cedem pro
pensione consilio beato Theodoro archiepiscopo
satagente congestis pecunie talentis apud
Egfridum redemit. Post hec regni anno tri-
cesimo in Bardeneia regulariter tonsus,
primo in monachum, mox in abbatem alle-
ctus est. Hic est qui contemporaneus Ine regis West-
saxonum privilegium quod sanctus Aldelmus a
Romana urbe pridem attulit suaque
auctoritate roboravit. Regis Northan-
humbrorum Egfridi Ostgidam sororem habuit
uxorem, ex qua filium Ceolredum suscepit.

Statuit autem successorem Kenredum filium
fratris Wlferi, qui pietate in Deum, probi-
tate in patriam perinsignis, magna morum
sinceritate vitam cucurrit, adeoque reg-
ni anno quinto Romam ire pergens, reliquum
temporis illic religiose complevit, maxime
miserando exitu multos compunctus. Est ut
Beda refert, cum confiteri scelera sua sanus superbis-
set, in mortis ianua constitutus aperte vidit
demones auctores ad supplicia, quibus ani-
mum indulserat blandientibus ad scelera.

Post illum regnavit Celredus patrui
sui Ethelredi filius, sic vivente con-
via bib mirabilis, ita immatura morte mise-
rabilis. Siquidem non ultra octo annos reg-
no satisfaciens, Licetfelde conditus est, relicto
Ethelbaldo herede pronepote Pende ex Al-
wio fratre. Hic alta pace et multo tempore
id est quadraginta uno annis rerum perfunctus,
et novissime a subiectis occisus, for-
tune rota voluit. Auctor necis eius
Beornredus nichil memorandum dedit,
nisi quod mox ab Offa necatus dignum finem
insidiarum tulit. Huic Ethelbaldo Bo-
nifacius archiepiscopus Mogontiacensis
natione Anglus qui postea martirio
coronatus est, misit epistolam cuius hanc partem
subdam, ut videatur quam libere arguat
vitia iam in gentem Anglorum inolevisse,
que Alcuinus timebat ventura esse. Simul
et erit documentum ingenii in ostensis
moribus quorumdam regum quam districte Deus
reos puniret, qui diu libera ira expectat.

Domino karissimo et in Christi amore ceteris re-
gibus Anglorum preferendo Ethel-
baldo, Bonifacius archiepiscopus, legatus
Germanie Romane ecclesie, perpetuam in
karitatis salutem. Confitemur coram
Deo quia quando prosperitatem vestram et fidem et bona
opera audivimus, letamur. Quod si autem aliquid
adversum vel in eventu bellorum vel de
periculo animarum vestrarum cognoscimus, tris-

tam. Audiuimus etiam quod elemosinis intentus furta et rapinas prohibes, et pacem diligis, et defensor uiduarum et pauperum es, et inde Deo gratias agimus. Quod uero legitimum matrimonium spernis, si pro castitate faceres, esset laudabile. Sed quia in luxuria et adulterio et cum sanctimonialibus uolutaris, est uituperabile et dampnabile. Nam et famam glorie uestre coram Deo et hominibus confundit, et inter idolatras constituit, quia templum Dei uiolasti. Quapropter, fili karissime, peniteat, et memorare quam turpe sit ut tu, qui multis gentibus dono Dei dominaris, ad iniuriam eius sis libidinis seruus. Audiuimus preterea quod optimates pene omnes gentis Merciorum tuo exemplo legitimas uxores deserant, et adulteras et sanctimoniales constuprent. Quod quam sit peregrinum ab honestate, doceat uos aliene gentis institutio. Nam in antiqua Saxonia, ubi nulla est Christi cognitio, si uirgo in paterna domo uel maritata cum coniuge fuerit adulterata, manu propria strangulatam cremant, et super fossam sepulte corruptorem suspendunt. Aut cingulotenus uestibus abscisis flagellant eam caste matrone, et cultellis pungunt, et de uilla in uillam misse occurrunt noue flagellatrices, donec interimant. Insuper et Winedi, quod est fedissimum genus hominum, hunc habent morem, ut mulier uiro mortuo se se in rogo cremandi pariter arsura precipitet. Si ergo gentiles Deum ignorantes tantum zelum castimonie habent, quid tibi conuenit, fili karissime, qui Christianus et rex es? Parce ergo anime tue, parce multitudini populi tuo pereuntis exemplo, de quorum animabus redditurus es rationem. Attende et illud, quod si gens Anglorum, sicut in Francia et Italia et ab ipsis paganis nobis improperatur, spretis legitimis matrimoniis per adulteria defluit, nascetur ex tali commixtione gens ignaua et Dei contemptrix, que peruersis moribus patriam pessumdet, sicut Burgundionibus et Prouincialibus et Hispanis contigit, quos Sarraceni multis annis infestarunt propter peccata preterita. Preterea nuntiatum est nobis quod multa priuilegia ecclesiarum et monasteriorum auferens, ad hec audendum duces tuos exemplo prouoces. Sed recogita quam terribilem uindictam Deus in antiquiores reges exercuit, eius culpe conscios quam in te arguimus. Nam Celredum predecessorem tuum, stupratorem sanctimonialium et ecclesiasticorum priuilegiorum fractorem, splendide cum suis comitibus epulantem spiritus malignus arripuit, et sine confessione et uiatico cum diabolo sermocinanti et legem Dei detestanti animam extorsit. Osredum quoque regem Deirorum

et Berniciorum earundem culparum reum ita effrenem egit, ut regnum et iuuenilem etatem contemptibili morte amitteret. Karolus quoque princeps Francorum, monasteriorum multorum euersor et ecclesiasticarum pecuniarum in usus proprios commutator, longa tortione et ueneranda morte consumptus est. Et cetera infra. Quapropter, fili karissime, paternis et subnixis precibus deprecamur, ut non despicias consilium patrum tuorum, qui pro Dei amore celsitudinem tuam appellare satagunt. Nichil enim bono regi salubrius, quam si talia commissa cum arguuntur, libenter emendentur, quia per Salomonem dicitur: Qui diligit disciplinam, diligit sapientiam. Ideo, fili mi karissime, ostendentes consilium iustum, contestamur et obsecramus per uiuentem Deum et Filium eius Ihesum Christum et Spiritum Sanctum, ut recorderis quam fugitiua sit uita presens, et quam breuis et quam momentanea delectatio spurce carnis, et quam ignominiosum sit ut breuis uite homo mala exempla in perpetuum posteris relinquat. Incipe ergo melioribus moribus uitam componere, et preteritos errores iuuentutis corrige, ut hic coram hominibus laudem habeas, et in futuro eterna gloria gaudeas. Valere celsitudinem tuam et in bonis moribus proficere optamus.

Huius epistole competentes particulas huic libello preter notitiam insui, partim auctoris ubi partim meis longas sententias ut uidebatur abbreuians. Cui facti non iuste iniuriam patiscar, quia ad historie ordinem festinantibus uelocitate dictionis consulendum erat. Porro misit idem Bonifacius Cuthberto archiepiscopo eiusdem tenoris epistolam, hoc adiciens ut clericos et sanctimoniales de tenuitate et pompa uestium argueret. Preterea ne miraretur quod alienum negotium ageret, cum sua nichil interesset quid ageretur(?), aut quibus moribus Anglorum gens uiueret, sciret se a Gregorio papa tertio sacramento astrictum ne contaminatorum gentium mores apostolice noticie subtraheret. Quapropter admonitionibus non succedentibus, acturum se ne huiusmodi uitia papam laterent. Sane de tenuitate uestium clericalium Alwinus Athelardum archiepiscopum successorem Cuthberti oblique castigat, monens ut cum Romam uadens Carolum Magnum imperatorem, nepotem Caroli de quo superius Bonifacius locutus est, uisitaret, non adduceret clericos uel monachos uariis coloribus et pompaticis uestibus indutos, quod non solent Francorum clerici nisi religiosis uestibus amiciri. Nec inanes esse potuere tantorum epistole, quia ille legationis sue et predicatarum amoris

tanti memor honoris sollertius sepe tractaui.
Pie igitur fautrix deuotionis peruigili mee studio
sitati superna subito insinuauit pietas: queque
in regno meo sancta restaurare monasteria.
Que uelut museiuis scindulis. cariosisque tabu
lis. tignotenus uisibiliter diruta. sic quod maius est
intus a seruitio dei ferme uacua fuerant
neglecta. Idiotis nempe clericis eiectis
nullius regularis religionis discipline
subiectis: plurimis in locis sanctioris
seriei. scilicet monachici habitus prefeci
pastores: ad ruinosa queque templorum red
integranda epulentos eis fiscalium nume
rum exhibens sumptus. Quorum unum nomine elu
ricum uirum in omnibus ecclesiasticum famosis
simi constitui custodem cenobii: quod angli
bifario uocitant onomate maldelmes
burh. Cui pro commoditate anime mee
ob saluatoris nostri eiusque semper
uirginis marie. nec non apostolorum petri et pau
li. aldelmique almi presulis honorem. parti
culam terre. et nolac tria: cum pratis et sil
uis munifica liberalitate restitui. hec
a predictis accommodata clericis. a conten
tioso iniuste possessa est: edelnodo: sed sed
studiosa subtilique eius disceptatione a sapi
entibus meis audita et conflictatione illi
mendosa. abeisdem me presente conuicta:
monasteriali ante reddita est usui. An
no dominice incarnationis. Dcccc. lxxiiii.
Neque non indecens opinor: si quiddam quod ei di
uinitus ostensum est: stilo commendem. Venerat
in saltum uenationis ferace: utque fit
plerumque sociis ad insequendas feras per de
uia dispersis. solus remanserat. Itaque con
tinuatione cursus ad egressum nemoris
perueniens. constitit: sodales operiens.
Nec mora grauante nutantia lumina som
no pedes efficitur. ut tum fracti laborem diei
temperaret medice quietis uoluptas. Iace
bat ergo sub malo siluatica stratus: ubi
penduli percurrentium rami foliatam
effecerant cameram. Lassitudine itaque
suadente. riuus subter scatebris loquacibus
fluens soporem inuitabat: cum canis
femina cui cura ferarum uestigia
insequi. pregnans et iuxta pedes accu
bans. dormitantem exterruit. Namque
matre tacente. catuli aluo inclusi.
latratus multiformes. et sonoros reddi
dere: quadam nimirum sui carceris gaudio
incitati. hoc monstro attonitus. dum
ad cacumen arboris oculos intendit:
uidet poma et unum et aliud delapsa in
fluuium. Quorum collisione bullis aqua
tilibus inter se crispantibus: uox articulata
insonuit: Wel hit the: id est bene est tibi.
Nec multo post undarum uoluminibus
agentibus urceolus super aquam apparuit: et post
urceolum urceus exundans aqua. Nam alter
uacuus erat. Et quamuis crebro gurgitis
impulsu. maior minorem urgeret. ut
scilicet aquas suas in illum infunderet:
nunquam tamen obtinere potuit. quin urceolus ua
cuus recederet: iterumque quasi superbo gestu
uictor urceum impeteret. Domum itaque reg[r]essus est.
ut dicitur psalmista exercitabatur et scope
bat spiritum suum. Sed conuenit eum magis ut se
renaret fronte et animum. Sibi studio fu
turum: ut apparet domini. quem nosset enig
matum inspiratione sua patefacere. Quo
admonitu retudit ille mesticiam. et soluit in
otia curas. consciam matrone sanctitatis. cui sole
ret deus multa reuelare. Erat ea uocabulo
elfgifa. bonis operibus intenta. pietate et dul
cedine predita: ut etiam reos: quos tristis senten
tia iudicum palam dampnauerat ipsa occulte
redimeret. Pretiosum amictum quem plerisque mulie
ribus est leno soluendi pudoris. illi erat
supellex uilissima ut quamlibet oppo
sitam uestem conspecto statim largiretur
pauperi. Speciem corporis et artificium manuum.
inea liuor quidem laudaret: cum nichil reprehende
posset. hec intimis medullis uaticinium
cohibens. postero mane filio dixit. latratus catu
lorum quem matre quiescente dedere. significat:
quod post obitum tuum quiescentibus illis qui nunc ualent et ui
uunt. nondum nati nebulones contra dei latra
bunt ecclesiam. Sane quod unum pomum secutum
est aliud. ita ut ex collisione secundi impetus. uide
tur uox sonuisse. Wel his the. hoc innuit:
quod exorte quam in arboris tota in umbris angli
am: duo procedent filii. Factores seculi: extin
guent primum. Te diuise partis incentores di
cent pueris utrique; Wel his the quia mortuus
regnabit in celo. uiuus in seculo.
Quod uero quod urceus maior minorem implere non po
terat. hoc designat: quod gentes aquilonales
quam numerosiores sint quam angli. angliam post
mortem tuam impetent. Et quamuis crebro con
patriotarum aduentu ruinas suas suppleant:
nunquam hunc angulum mundi poterunt im
plere. Quin potius angli nostri cum maxime uicti
uidebuntur eas expellent. eruntque sub suo et dei
arbitrio. usque ad prefinitum tempus a deo.
Haec uaticinii ueritatem lectio posterior
patefaciet. Consideri igitur debet paren
tis et plus indubitata sanctitas: quod alterum uidit
enigma uigilans sine obstaculo: et alteram sol
uerit problema de longe porrecto prophetice
oculo; sanctitatique morum communicabat seueri
tatis austeritas. ut nulla cuicumque dignitatis

Sto de Sco Aelphego

hominem leges eludere impune permitteret. Nemo eius tempore privatus latro, nemo popularis praedo, nisi qui mallet in fortunas alienas grassari ipse vitae dispendio. Quomodo enim ausus hominum periret, qui etiam omnis generis feras sanguinem avidas ex regno exterminare cogitaret, et Iudwaloque regi Walensium edictum imposuerit, ut sibi quotannis tributum trecentorum luporum pensitaret? Quod cum tribus annis fecisset, quarto destitit, nullum se ulterius posse invenire professus.

Praeterea licet, ut fertur, staturae fuit et corpulentiae perexilis, tantas vires in pusillo corpusculo dignatio naturae incluserat, ut ultro ad congrediendum lacesseret quemcumque audacem nosset, hoc maxime timens ne in tali colludio timeretur. Denique in quodam convivio, ubi se plerumque fatuorum dicacitas liberius ostentat, fama est Kinnadium regem Scottorum ludibundum dixisse: mirum videri tam vili homuntioni tot provincias subici. Idque a quodam mimo sinistra aure acceptum, et Edgaro postmodum sollempni convitio in os obiectum. At ille, re suis celata, Kinnadium quasi magni misterii consultandi gratia accersit, longeque in silvam seducto, unum ex duobus quos secum attulerat ensibus tradidit. Et nunc, inquit, licebit vires tuas experiri, cum soli sumus. Iam enim faxo ut appareat quis alteri merito supponi debeat. Tu quia ne pede referas, quin mecum rem ventiles. Turpe est enim regem in convivio esse dicaculum, nec esse in proelio promptulum. Confusus ille nec verbum mutire ausus, ad pedes domini regis procidit, simplicis ioci venia petita et confestim consecutus.

Suus illud est: Omni aestate emensa statim paschali festivitate naves per omnia litora coadunari praecipiebat; ad occidentalem insulae partem cum orientali classe, et illa remensa cum occidentali ad borealem, inde cum boreali ad orientalem remigare consuetus. Piratas scilicet explorator, ne quid provinciae turbarent. Hieme et vere per omnes provincias equitando, iudicia potentiorum exquirebat, violati iuris severus ultor. In hoc iustitiae, in illo fortitudini studens, in utroque rei publicae utilitatibus consulens.

Sunt qui ingentem eius gloriae nevum temptent apponere, dicentes primis temporibus fuisse crudelem in cives, libidinosum in virgines. Unius gratia prioris exemplum ponitur. Athelwoldus erat quidam sui temporis comes egregius et a secretis. Huic rex iniunxerat negotium ut Elfridam filiam Orgari ducis Devenensium, quae forma sui oculos relatorum pellexerat, cum eam regiis auribus commendarent, inviseret; praecepit ut illam iret speculatum, nuptias conciliaturus si veritas famae conquadraret. Ille viam celerans, nichilque per opinionem comperiens, celato apud parentes nuntio, suis potius usibus puellam applicuit. Rediens ad regem, quae suis partibus conducerent allegat: speciei vulgaris et cotidianae pusiolam esse, nec tantae maiestati convenire. Reducto ab his animo et aliis amoribus intento, delatores nuntiant quanta illum Athelwoldus astutia emunxerit. Ille clavo clavum expellens, fraude scilicet fraudem eludens, frontem serenam comiti ostendere, diem quo rusticaret tam laudatam mulierem quasi ioco edicere. Quo tam terribili ludo examinatus, perrexit ad coniugem, rogans ut suae saluti consuleret, et quam minimum posset vestibus se deformaret; tunc primum aperiens facti sui consilium. Sed quid non praesumit femina? Ausa est miseri amatoris et primi coniugis fidem fallere, et speculo vultum comere, nichil omittens quod ephebi et potentis lumbos praeptaret. Nec citra propositum accidit. Visa enim adeo exarsit, ut dissimulato odio comitem in silvam Werewelle gratia venandi accitum iaculo traiceret. Ubi cum filius occisi nothus familiari usu supervenisset, et a rege interrogatus esset qualiter ei talis venatio placeret, respondisse fertur: Bene, domine rex; quod tibi placet, mihi displicere non debet. Quo dicto ita tumentis animum mansuefecit, ut nichil carius in vita sua post hec haberet quam iuvenem illum, tyrannici facti offensam in patrem sedulitate regia in filium allevians. Ob illius sceleris expiationem ibidem monasterium ab Elfrida edificatum sanctimonialium frequentia inhabitatur.

Huic exemplo crudelitatis adiungitur aliud libidinis. Virginis Deo dicatae audiens pulchritudinem, violenter eam a monasterio abstraxit. Abstractae pudorem rapuit, et non semel thoro suo collocavit. Quod cum aures beati Dunstani offendisset, vehementer ab eo increpitus, septennem penitentiam non fastidivit, dignatus rex affligi ieiunio, simulque diademate carere septennio.

Subiciunt tertium, in quo utrumque appareat vitium. Rex, inquiunt, Edgarus veniens Andeveram, quae villa non longe Wintonia, cuiusdam ducis filiam, cuius formae fama percrebruerat, adduci praecepit. Mater puellae, quae concubinatum filiae dedignaretur, ancillam adultam noctis

Contra primum adulterium

hoc loco sumitur ille canon ... in gente Anglorum

n̄ habebat arreptis candelis innocentē
cederet. nec prius desisteret. qua pene
exanimē 7 ipsa lacrimis infunderet. Qa
ppt tota uita ita candelas exhorruit
in posterum. ut numq̄ an se pateretur
inferri lumen earum. Mox suffragio
procerib; congregatis. die dicta ut dunsta
nus adueniret. regem uire archiepī co
ronatur. Ille licet infensus esset supsedit re
sistere. pontifex eum maturius. 7 insectā
rib' emerat. Jam u diadema coponens.
n̄ se continuit. quin spm ppheticum
totis medullis haustum ore pleno effunderet.
Phia de ethelr. Qa inquit p morte frīs tui aspirasti ad
regnum. ppterea audi ubū dnī. hec dic
dns dī. Non delebit peccatum ignomi
niose matris tue. 7 peccatum uiror q in
fuerunt consilio illi. neq; nisi multo sangue
miserorum prouincialium. Et uenient sup ge
tem anglor mala. qualia n̄ passa est
ex quo anglia uenit. usq; ad tempus illud.
Nec multo post id est anno eius tercio.
uenerunt hamtoniā. portum iuxta
wintoniā septē naues piratarum. 7 po
pulata oīa maritima refugerunt in al
tum. Quod io n̄ pterii. quia multus sermo
apud anglos fert de his ratib;.
Alia pphia. Sussexerat ut rege regem rofen
sem simulatas. incertum qd de cau
sa. Quo circa contra ciuitatē exercitum duxit.
Mandatum ei ab archiepō ut furori de
sisteret. nec scm andreā in cuius tutela
epātus erat. irritaret. sic ad indulgendum
facilē. ita ad ulciscendum terribilem. Ver
bor nuditate contēpta. adornat preceptum
pecunia. 7 mittit centum libras ut obsi
dione solueret. precio epus abiret. Quo
illec accepto. receptum cecinit. pmne
tum mittit ferari p nuntios. Miratus dun
stans hominis cupiditatē hec p nun
tios retulit. Qm̄ pretulisti argentum
deo. pecuniā aplo. cupitatē michi.
uelocit uenient sup te mala. que lo
cutus est dns. S; hec me uiuente n̄ fi
ent. quia 7 h' locutus est dns. Jam u p beati
uiri obitum q decimo anno regni eius
fuit. pperant impleri pdicta. Fes
tinant pnunciata consumari. Danis
enim omnes portus infestantib; 7 leuitate
piratica huc illuc discurrentib;. dū nesci
ret q ei eis occurri deberet. decretum
siricio archiepō p dunstanum secdo.
ut repellerent argento. q n̄ pote
rant ferro. Itaq; decē milia librar
soluta. cupiditatē danor expleuit
re. Exemplum infame 7 uiris indig-
num libertatē pecunia redimere. quam ab
inuicto animo nulla uiolentia possit
excutere. Et tū quidē paulisp ab excursib'
cessatum. Mox ū uires otio resumpserunt.
ad supiora rediit. Tē timor anglos incessi
serat. ut nichil de resistendo cogitarent.
Si qui sane antiquę glē memores. obuiare
7 signa colligere temptassent. hostium
multitudinē 7 sociorum defectione desti
tuebant. Defectionis signifer fuit el
fricus dux. qui e congregatis nauib' ter pfe
certat. Qui cū nauali certamine fortu
nam experiri debuisset. nocte qua diē
pugnē illucescebat. transfuga ultro ad hos
tes concessit. Plus prouinciales monitos
qd cauerent. Et q̄muis pculpa pfidie
filium eius rex excecari iusserit. iterum re
diit iterumq; defecit. Northanumbria
tota poplata. hostes pugna excepti
7 fugati sunt. Lundonia obsessa. s; a ciuib;
pbe defensa. Quo circa obsessores afflicti.
7 desperantes posse capi ciuitatē. dis
cesserunt. totamq; prouinciā ab oriente
uastantes. regē ad pecuniā sedecim milium
librar soluendā coegerunt. Qui n etiā
regem eorum analafum datis obsidib;
ad se uenire fecit. Baptizatum de fonte
suscepit. 7 regali munificentia donatum
sacramēto constrinxit. ne umquam re
uerteret in angliā. S; n̄ sic malum
quieuit. Nā semp ut hidre capitib;
hostib' ex danemercia pullulantib;. nusq̄
caueri poterat. Occidentalis prouincia que
deuenerit uocat' pessundata. euersis
monasteriis. 7 exonia urbe incensa.
Cantia depdationi data. urbs metropol
7 patriarcharum sedes conflagrat. Ipse pat
archa scs 7 reuerentissimus uir elfegus. Nota de scō elphego.
abductus 7 uinculis tentus. Ad extre
mum cū rusticos suos expilare ad se co
geret redimendum. 7 abnueret lapidat'
7 securi pcussus. animā celi glorifica
uit. Occisis est sullimat. adeo ut dani
q̄ innocetē eī grassati fuerant uiso mira
culo q lignum aridum sanguine ipsius litum. sub
nocte una reuiruerat. certatim collo
subicerent. Ita naturali ferocitate
substrata. sacrum corpus lundoniā euehi
patiuntur. In gloriose sepultum. 7 post de
cē annos ab omni corruptionis labe
īmune leuatū. archiepopum suum nobi
litauit. Durat ad hoc tēpus 7 recens san
guis 7 illibata integritas. miraculoq;
duo posse cadauer exanimari. 7 n̄
posse tabe fieri. Et ne longum faciam.
singillatim enumeratis prouincias quas

vastaverit. Hoc sit ad summam complecti: quod cum numerentur in Anglia triginta duo pagi, illi iam sedecim invaserant, quorum nomina propter barbariem linguae scribere refugio. Rex interea strenuus et pulchre ad dormiendum factus, tanta negotia preponens oscitabat. Et si quando respueret ut vel cubito se attolleret, confestim vel gravante desidia vel adversante fortuna in miserias recidebat. Exagitabant illum umbrae fraterne diras exigentes inferias. Quis possit enumerare quotiens exercitum congregaverit, quotiens naves fabricari iusserit, quotiens duces undecumque evocaverit, et nichil unquam horum processerit? Nam exercitus principe carens et disciplinae militaris ignarus, aut ante congressionem dilabebatur, aut in ipso conflictu facile cedebat. Valet multum in bellis ducis presentia, valet spectata in talibus audacia, valet usus, et maxime disciplina. Quibus ut dixi carens exercitus, preter incalculabili irrecuperabili dispendio hostibus miserabili erat ludibrio. Est illud hominum genus, si non coerceatur ante bellum, in rapinas promptum, si in ammenes in bello ad fugam pronum. Naves ad tutandam oram maritimam fabricatas cum in anchoris constrinxisset, repente coorta tempestas corripuit, et collisas inter se dirutis armamentis inutiles reddidit. Paucae de reliquiis multorum facto impetu cuidam Wlnodi, quem rex exlegatum eiecerat, sumerentur vel incense. Spem totius Angliae fefellerunt. Duces si quando ad concilium convenirent, pars hoc pars illud eligere; vix aut numquam in bonam sententiam convenire. Magis enim de simultatibus domesticis quam de publicis necessitatibus consultabant. Iam vero si quid urgente periculo utile et archanum decrevissent, statim ad Danos per proditores deferebatur. Nam preter Elfricum, illum qui superiorem regem occiderat successorem, erat in talibus probe idoneus Edricus, quem rex comitatui Merciorum prefecerat, fex hominum et dedecus Anglorum, flagitiosus helluo, versutus nebulo, cui nobilitatis opes peperat lingua et audacia comparaverat. Hic dissimulare cautus, fingere paratus, consilia regis ut fidelis venabatur, ut proditor disseminabat. Sepe ad hostes missus pacis mediator, pugnam accendit. Cuius perfidia cum crebro huius regis tempore, tum vel maxime se-

quentis apparuit, de qua posterius dicam. Solus ex omnibus comes orientalium Anglorum Ulkillus tunc impigre Gothos invasores restitit, ita ut quamvis nomen victoriae ad hostes concessisset, multo plus afflicti qui vicerunt quam qui victi erant estimarentur. Nec sane piguit barbaros veritatem confiteri, cum multotiens illam victoriam deplorarent. Eo enim tempore precipue post mortem Adelredi virtus nullo bello, quod omnem florem provinciae demessuit. Ubi et ipse a tergo circumventus ducendo pudori ducit audaciam regi sanguine peperit suo. Sed hec post modum. Tunc si nequid misere regi Edelredo deesset, fame per totam Angliam debachante, vulgus quod bello reliquum erat absumptum media. Hostes adeo libere in regione vagabantur, ut per quinquaginta milia predam per terram ad naves convectarent, nullas provincialium insidias formidantes. His malis undique circumstrepentibus rursus consilium volutabatur, ut pecunia bellum levaretur. Et factum est. Nam prius xxiiii milia librarum, mox xxx milia date. Quod quantum profecerit sequens tempus ostendit. Veruntamen multum michi cogitanti mirum videtur, cur homo ut a maioribus accepimus neque multum fatuus neque nimis ignavus, in tam tristi pallore tot calamitatum vitam consumpserit. Cuius rei causam si quis me interroget, non facile respondeam, nisi ducum defectionem ex superbia regis prodeuntem. Illorum perfidiam sermo preoccupavit; de ipsius insolentia nunc dicam. Qua adeo intolerabilis erat, ut nec propriis affectibus parceret. Nam preter Anglos, quos nullis causis extantibus exheredabat, vel afflicto crimine opibus emungebat, preter Danos quos levibus suspicionibus uno die in tota Anglia trucidari iusserat, ubi fuit videre miseriam, dum quisque carissimos hospites quos etiam arctissima necessitudo dulciores effecerat, cogeretur prodere et amplexus gladio deturbare; preter hec, inquam, etiam in uxorem adeo protervus erat ut vix eam cubili dignaretur, sed cum pelicibus volutatus regiam maiestatem infamaret. Illa itaque conscientiam alti sanguinis spirans, in maritum tumebat; quam si nec pudor ingenuus nec fecunditas commendaret. Nam duobus liberis Elfredo et Edwardo penates viri compleverat. Ea fuerat filia Ricardi comitis Normanniae

filii Willelmi. q post patrem quinquaginta duo
bus annis illi ducatui prefuit: et octavo de
cimo anno huius regis uitam terminauit.
Iacet apud fiscannium cenobium. quod ipse
aliquantis redditibus ampliatum. regula mo
nastica per Willelmum quendam abbatem diuio
nensem insigniuerat. Huius exercitum quoniam etiam
edelredum sepe iniuriis pulsauerit. quod
cum auditum rome esset: non passa sedes
apostolica duos christianos digladiari. misit
in angliam leonem treuerensem episcopum. ut
pacem componeret. Cuius legationis episto
la hec est.
Iohannes quintusdecimus sancte romane
ecclesie papa. omnibus fidelibus. Nouerint omnes
sancte matris ecclesie fideles. et nostri utrius
que ordinis per climata seculi dilatati. qualiter
nobis relatum est a quam pluribus de inimici
cia edelredi saxonum occidentalium regis.
nec non et ricardi marchionis. Unde ni
mium tristis effectus. ut pote de filiis
nostris spiritualibus: tandem inito salubri
consilio. accersiui quendam apocrisiarium
nostrum. leonem uidelicet episcopum sancte treue
rensis ecclesie. et misi eum illuc cum litteris
nostris exortatoriis ut resipiscerent ab
hac supersticione. Qui transiens uastas
intercapedines terrarum tandem marinos
transmeauit. fines. et in die natalis
domini peruenit ad conspectum regis prefati
moxque ex parte nostra salutato obtulit lit
teras quas illi miseramus. Qui accersitis
cunctis sui regni utriusque ordinis fidelibus
sapientioribus: ad amorem et timorem dei
omnipotentis nec et sancti petri apostolorum principis.
et per nostram ammonitionem paternam. fir
missimam concessit pacem. cum omnibus filiis
suis et filiabus presentibus et futuris: et cum omnibus
fidelibus suis sine dolo. Qua de re misit
edelsinum sancte scireburnensis ecclesie presu
lem. nec non et leofstanum filium alfuuol
di atque Wistanum filium edelnodum.
qui transierunt marinos fines. et peruenerunt
usque ad ricardum prefatum marchionem.
Qui et monita nostra pacifice suscipiens. si
mulque audiens decretum supradicti regis
libenti animo eandem pacem firmauit. cum
filiis et filiabus suis: eo rationis tenore.
ut si aliquis eorum uel ipsi iniuste aliquid contra
alterum perpetrauerit. digna emendatio
ne purgetur: paxque maneat stabilis
perpetualiter: et inconuulsa sacramentorum
utrinque stigmate stipulata: ex parte
scilicet edelredi regis. edelsinus presul
sancte scireburnensis ecclesie. et lefstan
et alfuuoldi filii et edelnodus Wistani
filii. Ex parte ricardi. rogerius episcopus. ro
dulfus hugonis filius. turstene filius tur
gis. Actum rothomago kalendas martii. anno
ab incarnatione domini. DCCCCXCI. indictione quar
ta. Et de hominibus regis uel inimicis suis nullus
ricardus recipiat. nec rex de suis sine si
gillo eorum.

De hoc sane Iohanne quem superius dixi.
gerbertus dictus est non absurdum erit
ut opinor. si litteris mandem. quod per omnium
ora uolitant. Ex gallia natus monachus
a puero apud floriacum adoleuit. Mox
cum pitagoricum biuium attigisset: seu
tedio monachatus seu glorie cupiditate
captus. nocte profugit hispaniam: animo
precipue intendens. ut astrologiam et cetera
id genus artes a saracenis edisceret. hispania
olim multis annis a romanis
possessa. tempore honorii imperatoris in
ius gothorum concesserat. Gothi usque ad
tempora beati gregorii arriani. tunc per leandrum
dictum episcopum hispalis. et per ricaredum regem
fratrem hermingildi. quem pater nocte
paschali pro fidei confessione interfecerat. ca
tholico choro uniti sunt. Successit leandro ysi
dorus doctrina et scientia nobilis: cuius corpus
nostra etate aldefonsus rex gallitie toletum
transtulit: ad pondus auro comparatum. Sarrace
ni enim qui gothos subiugarant. ipsi quoque a ka
rolomagno uicti galliciam et lusitaniam
maximas hispanie prouincias amiserunt.
Possident usque hodie superiores regiones. et
sicut christiani toletum. ita ipsi hispalim quam sibiliam
uulgaliter uocant. caput regni habentes.
diuinationibus et incantationibus more gentis
familiariter studentes. Ad hos igitur ut dixi gerbertus
perueniens desiderio satisfecit. Ibi uicit scien
tia ptholomeum in astrolabio. alchandre
um in astrorum interstitiis. iulium firmicum in fato.
Ibi quid cantus et uolatus auium portendat di
dicit. ibi excire tenues ex inferno figuras:
ibi postremo quicquid uel noxium uel salubre. curio
sitas humana deprehendit. Nam de licitis
artibus. arithmetica. musica. et astrono
mia. et geometria. nichil attinet dicere:
quas ita ebibit. ut inferiores ingenio suo
ostenderet. et magna industria reuocaret
in galliam: omnino ibi iam pridem obsoletas.
Abacum certe primus a sarracenis rapiens.
regulas dedit: que a sudantibus abacistis
uix intelliguntur. Hospitabatur apud quen
dam secte illius philosophum: quem multis
primo expensis post etiam promissis demere
batur. Nec deerat sarracenus quin scien
tiam uenditaret: assidere frequenter. non
deserere. nunc de nugis colloqui. libros



ad scribendum prohibere. Unus erat codex totius
artis conscius, quem nullo modo elicere poterat.
Ardebat contra Gerbertus librum quoquo modo ancil-
lari. Semper enim in vetitum nitimur, et quicquid
negatur pretiosius putatur. Ad preces igitur conversus
orare per Deum, per amicitiam; multa offerre, plu-
ra polliceri. Ubi parum procedit, nocturnas
insidias temptat. Ita hominem conivente
etiam filia, cum qua assiduitas familiarita-
tem paraverat, vino invadens, volumen
sub cervicali positum abripuit et fugit.
Ille sompno excussus, indicio stellarum,
qua peritus erat arte, insequitur fugitantem.
Profugus quoque respiciens, eademque scientia pe-
riculum conspiciens, sub ponte ligneo qui proximus
se occulit, pendulus et pontem amplectens,
ut nec aquam nec terram tangeret. Ita querentis
aviditas frustrata, domum revertitur.
Tum Gerbertus viam celerans devenit ad mare.
Ibi per incantationes diabolo accersito, perpetu-
um paciscitur hominium, si se ab illo quem denuo
insequebatur defensatum ultra pelagus evehe-
ret. Et factum est. Sed hec vulgariter ficta cre-
diderit aliquis, quod soleat populus litteratorum
famam ledere, dicens illum loqui cum demone,
quem in aliqua viderit excellentem opere. Unde
Boetius in libro de consolatione philosophie
queritur se propter studium sapientie de talibus
notatum, quasi conscientiam suam sacrilegio pol-
luisset ob ambitum dignitatis. Non conve-
niebat, inquit, vilissimorum me spirituum presidia
captare, quem tu in hanc excellentiam compone-
bas ut consimilem deo faceres. At qui hoc
ipso videmur affines maleficio, quod tuis
imbuti disciplinis, tuis instituti moribus
sumus. Hec Boetius. Michi vero fidem facit de isto
sacrilegio inaudita mortis excogitatio.
Cur enim se moriens ut postea dicemus
excarnificaret, ipse sui corporis horrendus
lanista, nisi novi sceleris conscius esset?
Unde in vetusto volumine quod in manus
meas incidit, ubi omnium apostolicorum nomina conti-
nebantur et anni, ita scriptum vidi: Johannes qui et Ger-
bertus menses decem. Hic turpiter vitam suam finivit.

GERBERTUS Galliam repatrians pu-
blicasque scolas professus, artem
magisterii attigit. Habebat comphiloso-
phos et studiorum socios Constantinum ab-
batem monasterii Maximini, quod est iuxta
Aurelianis; ad quem edidit regulam de
abaco. Adelboldum episcopum ut dicunt Win-
ziburnensem, qui et ipse ingenii monimen-
ta dedit in epistola quam fecit ad Gerbertum de
questione diametri super Macrobium; et simul
et alios. Habuit discipulos predicande in-
dolis et prosapie nobilis, Rodbertum filium

Hugonis cognomento Capet, Ottonem filium
imperatoris Ottonis. Rodbertus postea rex
Francie magistro vicem reddidit, et archi-
episcopum Remensem fecit. Extant apud illam
ecclesiam doctrine ipsius documenta: horologium
arte mechanica compositum, organa hydrau-
lica, ubi mirum in modum per aque calefacte
violentiam ventus emergens implet conca-
vitatem barbiti, et per multiforatiles
tractus ereae fistule modulatos clamores
emittunt. Et erat ipse rex in ecclesiasti-
cis cantibus non mediocriter doctus, et cum in hoc
tum in ceteris multum ecclesie profuit. Denique
pulcherrimam sequentiam: Sancti spiritus assit nobis
gratia. Et responsorium: O Iuda et Iherusalem con-
texuit, et alia plura que nunc me pigeret dicere,
si non alias pigeret audire. Otho post
patrem imperator Italie, Gerbertum archi-
episcopum Ravennatem et mox papam Roma-
num creavit. Urgebat ipse fortunas
suas fautore diabolo, ut nichil quod
semel excogitasset, imperfectum relinque-
ret. Denique thesauros olim a gentilibus
defossos arte nigromantie molibus
eruderatis inventos cupiditatibus suis im-
plicuit. Adeo improbior vilis in deum effectus,
et eius abutitur patientia, quasi ipse mallet
redire quam perire. Sed repperit tandem ubi
magister suus hereret, et ut dici solet
quasi cornix cornici oculos effoderet, dum pa-
ri arte temptamentis eius occurreret. Erat
iuxta Romam in campo Martio statua, a-
erea an ferrea incertum mihi, dextre manus
indice digitum extentum habens, scriptum-
que in capite: Hic percute. Quod superioris evi
homines ita intelligendum rati, quasi ibi thes-
aurum invenirent, multis securium ictibus
innocentem statuam laniaverant. Sed illorum
Gerbertus redarguit errorem, longe aliter
ambiguitate absoluta. Namque meridie
sole in centro existente, notans quo protende-
ret umbra digiti, ibi palum figit. Mox
superveniente nocte, solo cubiculario
laternam portante comitatus eo conten-
dit. Ibi terra solitis artibus dehiscens,
latum ingredientibus patefecit. Con-
spicantur ingentem regiam, aureos parie-
tes, aurea lacunaria, aurea omnia.
Milites aureos aureis tesseris quasi
animum oblectantes. Regem metallicum
cum regina discumbentes, apposita ob-
sonia, astantes ministros, pateras
multi ponderis et pretii, ubi naturam vince-
bat opus. In interiori parte domus carbun-
culus, lapis in primis nobilis et parvus
inventu, tenebras noctis fugabat.

In contrario angulo stabat puer arcum tenens,
extento neruo et harundine intenta. Ita in
omnibus cum oculos spectantium ars preciosa rap
taret, nichil erat quod posset tangi, et si pos
set uideri. Continuo enim ut quis manum
ad contingendum aptaret, uidebantur omnes
ille imagines prosilire, et impetum in presumptorem
facere. Quo timore pressus Gerbertus ambitum
suum fregit. Sed non abstinuit cubicularius
quin mirabilis artificii cultellum, quem mense
impositum uidet, abriperet, arbitratus scilicet
in tanta preda paruum latrocinium posse
latere. Verum mox omnibus imaginibus cum
fremitu exsurgentibus, puer quoque emissa
harundine in carbunculum tenebras in
duxit. Et nisi ille monitu domini cultellum
reicere accelerasset, graues ambo penas de
dissent. Sic insaciata cupiditatis uora
gine, laterna gressus ducente, discessum.
Talia illum aduersis prestigiis machi
natum fuisse constans uulgi est opinio.
Verumtamen si quis uerum diligenter exculpat,
uidebit nec Salomonem, cui Deus ipse de
derit sapientiam, huiuscemodi inscium com
menti fuisse. Vt enim Iosephus auctor est,
thesauros multos cum patre defodit in
loculis, qui erant miro mechanico modo re
conditi sub terra. Nec Hircanum prophetia et
fortitudine clarum, qui ut obsidionem leuaret
iniuriam, de Dauid sepulchro tria milia talen
ta auri arte mechanica eruit, ut obsessori
partem enumeraret, partem xenodochia con
strueret. At uero Herodes, qui magis presumptione
quam consilio idem aggredi uoluerit, multos ex
satellitibus igne ex interiori parte prodeunte
amiserit. Preterea cum audio dominum Iesum
dicentem: Pater meus usque modo operatur, et ego operor,
credo quod qui dederit Salomoni uirtutem super
demones, ut idem historiographus testatur,
adeo ut dicat etiam suo tempore fuisse uiros
qui illos ab obsessis corporibus expellerent,
appositionaribus paciencis anulo haben
te sigillum a Salomone monstratum, credo
inquam quod et isti hanc scientiam dare po
tuerit. Nec tamen affirmo quod dederit.
Sed hec lecturis relinquens, dicam quod a quodam
loci nostri monacho genere Aquitanico, eta
te prouecto, arte medico, in pueritia au
disse me memini. Ego aiebat septen
nis despecta exilitate patris mei munici
pis Barcinonensis ad modum tenuis, trans
cendens niues Alpinas in Italiam ueni.
Ibi ut id etatis puerulo, summa inopia uictum
queritans, ingenium potius quam uentrem colui.
Adultus multa illius terre miracula oculis
hausi, et memorie mandaui. Inter que erat quidam
mons perforatus, ultra quem accole ab

antiquitus estimabant thesauros Octauiani re
conditos. Ferebantur etiam multi causa scrutan
di ingressi, perfractos et semitarum uiarum
incertos periisse. Sed quia nullus fere timor aui
das mentes ab incepto reuocat, ego cum
sodalibus meis uiris circiter duodecim seu pre
dandi seu uidendi studio illud iter meditabar
aggredi. Itaque Dedali secuti ingenium, qui
Theseum de laberintho filo eduxit preuio,
nos quoque glomus ingentis portantes, paxillum
in initio totum fiximus. Ibi principio fili ligato,
accensis laternis ne preter deuia etiam
cecitate impediremur, deuoluto glome
re et per unumquodque miliarium paxillo ap
posito, sub cauerna montis quemcumque
iter nostrum direximus. Ceca erant omnia, et mag
ni horroris plena. Vespertiliones de concauis
egredientes oculos et ora infestabant. Semi
ta arta, et a leua precipitatio, et subterlabente
fluuio timenda. Vidimus trita uiarum nudis
ossibus, fleuimus cadauera tabo adhuc flu
entia, horum quos eadem que nos spes raptasset,
per montis impositum non ualentium inuenire exitum.
Sed tandem aliquando post multos timores ad e
gressum ulteriorem peruenientes, uidimus stagnum
placidum aquis expansis, que dulcibus illisa lapsibus
alludebat unda litoribus. Pons ereus utramque
ripam continuabat. Ultra pontem uisebantur
mire magnitudinis equi aurei cum assessoribus
equis aureis, et cetera que de Gerberto dicta sunt. In quibus
die medio Phebi iubar infusum, duplicato
fulgore oculos intuentium hebetabat. Nos quoque
hec eminus uidentes, propiori aspectu delectaremur,
asportaturi si fors sineret aliquam splendidam
metalli crustam, hortamine alterno animati,
stagnum transire paramus. Sed nec quicquam. Vnus enim
quidam ceteris prurutior ceteriori margini pon
tis pedem imponeret, continuo quod mirum audi
tu sit, illo depresso ulterior eleuatur, et pro
ducens rusticum ereum cum ereo malleo, quo
ille undas uerberans ita obnubilauit aera,
ut diem celumque subtexeret. Retracto pede
pax fuit. Temptatum idem a pluribus, idemque exper
tum. Itaque desperato transitu aliquantum ibi con
stitimus, et quamdiu potuimus solo saltim uisu
libauimus aurum. Mox per uestigia fili egressi
pateram argenteam repperimus. Qua in frusta
defecta et minutatim particulatim pruritum au
ditatis nostre tantum irritantes, non etiam
famis fecimus satis. Postero die collato consi
lio magistrum quendam illius temporis audiuimus,
qui dicebatur nomen Domini ineffabile scire. Inter
rogatus scientiam non inficiatur, adiciens quod
tanta esset eius nominis uirtus, ut nulla ei ma
gica nulla mathesis obsistere posset. Ita
multo precio redemptus, ieiuniis et confessionibus
nos eodem modo paratos duxit ad fontem, de quo

pluries philosophorum



p. 66
91

p. 67
l. 8-9

hausta aqua in fistula argentea. tacens digitis litteris figabatur, donec oculis intellegerim quod ore effari nequirem. Tunc fiducia huius admonitione accessimus, sed exitum ulteriorem a demonibus credo obstipatum offendimus, rudentibus scilicet, non dicam quod eorum commenta refelleret. Venit mane ad me nigromanticus Iudeus, quem audita gestorum fama exciuerat. Percunctatusque rem et socordiam nostram accepit, multo cachinno bilem succutiens: Tu, inquit, uideas licebit quantum potentia mee artis ualeat. Et incunctanter montem introiens non multo post egressus est, multaque ultra fluuium notauerat ad indicium thesauri sui afferens. Puluerem sane loculi plenissimum, quicquid tangeret, in aurum flauescebat. Non quod ita prorsus esset, sed quia ita uideretur quoad aqua dilueretur. Nichil enim quod per nigromantiam fit potest in aqua aspectum intuentium fallere. Confirmat ueritatem sermonis mei res que tempore eodem acciderat.

Erant in strata publica que Romam it due anicule, quibus nichil bibacius, nichil putidius, uno commorantes tugurio, uno imbute maleficio. He hospitem siquando solus superueniebat, uel equum uel suem uel quodlibet aliud uideri faciebant, et mercatoribus uenum proponebant, nummosque inde acceptos ingurgitantes. Et forte quadam nocte quendam phebum qui motibus histrionicis uictum exigeret excipientes hospitio, asinum uideri fecere, magnum sui commodi emolumentum habentes asinum, qui transeuntium detineret oculos miraculo gestuum. Quocumque enim modo precepisset anus, mouebatur asinus. Nec enim amiserat intelligentiam, etsi amiserat loquelam. Multum itaque questus conflauerant uetule, undique confluente multitudine uulgi ad spectandos ludos asini. Rumor uicinum diuitem aduocauit, ut quadrupedem non pauculis nummis in usus suos transferret, admonitus ut si perpetuum uellet habere histrionem, arceret eum aqua. Custos ergo appositus mandatum seuere exequebatur. Preterit plurimum temporis. Asinus quando temulentia dominum in gaudium excitasset, conuiuas iocis suis letificabat. Sed sicut rerum omnium fastidium est, dissolutius post hec haberi cepit. Quapropter incautiorem nactus custodiam, abrupto loco effugiens in proximum lacum se proiecit, et diutius in aqua uolutatus figure humana restituitur. Custos ab obuiis sciscitatus, illiusque uestigiis insecutus, interrogat an uidisset asinum. Refert ille se asinum fuisse, modo hominem, omneque casum exponit. Miratus famulus ad dominum detulit, dominus ad apostolicum, Leonem dico nostro seculo sanctissimum. Conuicte anus idem fatentur. Dubitantem papam confirmat Petrus Damiani litteratus peritus, non mirum si hec fieri possent. Productoque exemplo de Simone mago, qui Faustinianum in Simonis figura uideri et a filiis horreri fecit, instructiorem de ceteris in talibus reddidit.

Hec ad quanti uerba ratio inseruimus, cui mirum uideatur quod de Gerberto fama dispersit: fudisse sibi statue caput certa inspectione siderum, cum uidelicet omnes planete exordia cursus sui meditarentur, quod non nisi interrogatum loqueretur, sed uerum uel affirmatiue uel negatiue pronunciaret. Verbi gratia diceret Gerbertus: Ero apostolicus? Responderet statua: Etiam. Moriar antequam cantem missam in Ierusalem? Non. Quo illum ambiguo deceptum ferunt, ut nichil excogitaret penitentie, quia animo blandiretur suo de longinquo tempore uite. Quando enim Ierosolimam ire deliberaret, ut mortem stimularet? Nec preuidit quod est Rome ecclesia Ierusalem dicta, id est uisio pacis, quia quicumque illuc confugerit cuiuscumque criminis obnoxius subsidium inuenit. Hanc in primis rudimentis Asilum accepimus dictam, quod ibi Romulus, ut augeret ciuium numerum, statuisset omnium reorum refugium. Ibi cantat missam papa tribus dominicis quibus pretitulatur statio Ierusalem. Quocirca cum uno illorum dierum Gerbertus ad missam se pararet, ui ualitudinis ictus ingemuit, eademque crescente decubuit. Consulta statua deceptionem et mortem suam cognouit. Aduocatis igitur cardinalibus diu facinora sua deplorauit. Quibus inopinato stupore perculsis nec aliquid referre ualentibus, ille insaniens et pre dolore ratione hebetata minutatim se dilaniari et membratim foras proici iussit. Habeat, inquiens, membrorum officium qui eorum quesiuit hominium, nam animus meus numquam illud adamauit sacramentum, immo sacrilegium.

Et quia diuerticulum feci, puto non inhonestum si dicam quod in Saxonia tempore regis istius accidit, et non adeo notum, anno dominice incarnationis millesimo duodecimo. Melius est integri spatiari in talibus quam immorari meis rebus et ignauis sectibus.

Quod profecto erit iocundius, si ab antiquitate
scriptum illius quod passus est apposuero. Simul et
propterea non videbitur quam si meis texuissem litte-
ris. Preterea non indecens estimo, si multi-
colori stilo varietur oratio.

Ego Otbertus peccator, etsi vellem celare quod
in me factum est divinum iudicium, mem-
brorum meorum tremor proderet. Quod quemad-
modum factum sit referam, ut omnibus innotes-
cat quanta sit pena inobedientie. Era-
mus ad vigilias natalis domini in villa quadam
Saxonie, in qua erat ecclesia Magni martiris.
Presbiter nomine Rotbertus missam primam inchoa-
verat. Ego in cimiterio cum sodalibus decem et octo,
viris quindecim, feminis tribus, choreas ducen-
tes et cantilenas seculares perstrepens, ita sacer-
dotem impediebamus, ut ipsa verba nostra
inter sacrosancta missarum solempnia resona-
rent. Quo circa mandato nobis ut taceremus
et neglecto, imprecatus est dicens: Placeat deo
et sancto Magno, ut ita cantantes permaneatis
usque ad annum. Verba pondus habuerunt. Filius
presbiteri Iohannes sororem suam nobiscum cantantem
per brachium arripuit, statimque illud a cor-
pore avulsit, sed gutta sanguinis non exivit.
Ipsa quoque toto anno nobiscum permansit. Du-
cens choros et cantans. Pluvia non cecidit
super nos, frigus non, calor nec fames nec
sitis nec lassitudo nec affecit. Indumenta
nec calciamenta nostra attrita sunt, sed quasi vecor-
des cantabamus. Primum ad genua, mox
ad femora terre dimersi sumus. Fabrica
tecti aliquando nutu dei super nos erigebatur,
ut pluvias arceret. Tandem evoluto anno
Herbertus civitatis Coloniensis episcopus a nodo quo
manus nostre ligabantur nos absolvit, et ante
altare sancti Magni reconciliavit. Filia presbi-
teri cum aliis duobus continuo exspiravit. Ceteri
continuis tribus diebus et noctibus dormivimus.
Aliqui postea obierunt, et miraculis coruscant.
Ceteri penam suam tremore membrorum produnt.
Date nobis sunt he littere a domno Peregrino bea-
ti Herberti successore, anno dominice incar-
nationis millesimo. xiii.

In hac urbe que olim Agrippina ab Agrip-
pa genero Augusti dicta, postea a Tra-
iano imperatore Colonia denominata est, quod
ibi in imperium allectus colonias civium Ro-
manorum deduxerit eo, in hac inquam
civitate fuit episcopus quidam prelatus religione,
quamvis turpis corpore. Cuius unum miraculum quod
moveris dixit referam, si prius dixero
quod insolitus casus eum in tanto culmine
fastigaverit. Imperator Henricus illi dominica
illa que vocatur quinquagesima venatum pergens
solus ad oram silve devenit, omnibus com-
itibus dispersis, iuxta quam habebat ecclesiam
ille presbiter agrestis. Deformis sane et pene
portentum nature. Imperator multe sementius
supplicater missam rogat. Ille confestim
paruit. Ille interea volvebat animo, quare
deus a quo formosa cuncta procedunt, tam de-
formem hominem sacramenta sua conficere
sineret. Mox cum ad versum tractus ventum
esset, Scitote quoniam dominus ipse est deus, sacerdos
socordiam pueri familiaris increpitans res-
pexit, et concitatiori voce quasi cogitanti
imperatori responderet dixit: Ipse fecit nos
et non ipsi nos. Quo dicto repercussus imperator
prophetiam virum estimans, invitum et reni-
tentem sullimavit in episcopum. Quod tamen
semel susceptum dignis moribus honestavit.
Bene agentes blande appellare, improbos
excommunicationis stigmate inurere,
sine personarum acceptione. Multa illius acta
constanter accole predicant, quorum unum presen-
tis operis brevitate lector percurret.

In monasterio sanctimonialium urbis illius
erat virgo quedam, quam illic magis parentum
officio quam bone vite studia adoleverat.
Hec et specie, lenocinio, et dulci ad omnes col-
loquio, amatores invitabat. Sed ceteri vel
